

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

LUCIANI
TIMON,

SIVE

De Divitiis & Paupertate

Dialogus festivissimus, nunc seorsim editus
in gratiam studiosæ Juventutis, &
Scholiis Plutique Aristopha-
nici collatione illustratus

A

LAMBERTO BARLÆO,


Lingux Græcæ in Academia Leidenſi
Professore Ordinario.

(ADJUNCTA EST

Latina versio Erasmi a Benedicto Pererio
interpolata, sed variis in locis castigata.)



LYGDVNI BATAVORVM,
Apud JOHANNEM MEYER.
CLIO CLII.





Nobilissimis, Amplissimis, Consul-
tissimisque Dominis,

Academiae Lugduno-Batavae

CURATORIBUS,

- D. AMELIO BOUCKHORST,**
Domino de Wimmenum, Ordinis Equestris
Assessori, Rhenolandiae Billavo & Aggerum
Praefecto, in Collegium Federati Belgii Or-
dinum General. Delegato.
- D. GERARDO SCHAEF.** J.C.
inclytae Amstelodamensium Reip. Consuli,
Federatae Belgicae Consiliario Statûs, & Le-
gationibus ad Sereniss. Danicae Sueciaeque
Reges claro.
- D. CORNELIO a BEVEREN,**
Equiti, Strevelshouckii, West-Iffelmondæ,
& Develsteinii Domino, primæ Hollandiae
Urbis Dordracenae Exconsuli, & ad Po-
tentiss. Magnae Britanniae Danicaeque Reges
Exlegato.

EORVMQUE COLLEGIS,
Florentissima Civitatis Lugduno-Batava
CONSULIBUS,

D. MAURITIO van der Aa Præsidi.

D. WILHELMO PAETS, J C. & in
Consilium Federati Belgii Ordinum Gene-
ralium Delegato.

D. SIMONI à BAERSDORP, J C.
Delegatorum Hollandiæ Procerum non ita
pridem Collega.

D. FEUSTIO à ZYP.

NEC NON

Amplissimo, Prudentissimoque Viro,

D. JOHANNI à WEVELICK-
HOVEN J C. Reip. Lugdunensis Syn-
dico meritissimo, & Nobiliss. DD. Cu-
ratoribus à Secretis.

Nobi-

Nobilissimi & Amplissimi Viri,



*Vm diu multumque animi
penderem, quos potissi-
mum libello meo patronos
deligerem, subiit hoc
quicquid est opellæ Vestro
Nomini inscribere. Quod non eo factum
consilio, ut beneficiis acceptis paria re-
feram. quâ possim? Tantus profectò eo-
rum in me extat cumulus, ut qua-
quaversum oculos circumfero, debendi
me reum libens agnoscam: solvendi au-
tem, quibus eternum servitio vestro ob-
strictus sum, nomina, facultatem nullam
mihi superesse videam. Etenim ex quo
tempore ad celeberrimam hanc Acade-
miam singulari vestro favore vocatus
sum, dignusq; communi suffragio visus,
qui in locum sufficerer Ieremia Hoelzli-
ni & uaxaeitz, viri, ut de Germania sua*

D E D I C A T I O.

*gente & Scholis, ita de Gracis litteris &
 Iuventute nostra optimè meriti, nullo
 non beneficentia genere. me persecuti
 estis. Quippe non satis fuit Spartam a
 venerando illo ac prædocto Sene relictam
 mihi demandasse: munificentiam Ve-
 stram ulterius declarare placuit, titulo-
 que insuper me cohonestare Professoris
 ordinarii, eaque omnia in me conferre
 ἀποκλήματα & emolumenta, quæ lau-
 datissimo huic Lyceo, sive Principum,
 sive Procerum nostrorum liberalitate
 concessa sunt. Quæ quidem tot ac talia
 esse fateor, ut ea dissimulare aut silentio
 involvere, hominis sit ambiciosè ingrati.
 A quo turpi vitio cùm alienissimus
 semper esse studuerim, hac laborum meo-
 rum ἀποδῶνα, velut obsequiosa mentis
 arram, perpetuæque nexus certissimum
 monumentum Vobis offerre decrevi. Ad
 quod*

D E D I C A T I O.

quod nec stimulum mihi subdidit exiguum propensissimus Vester in humanioribus studiis linguisque, Græca pariter & Hebræa, promovendis amor..Tanto enim Vos erga Musas præcipuè nostras ardore flagrantescisco, ut nihil æquè votis expetere, nihil urgere instantiùs videamini, quàm ut Græcis litteris sedulò imbuatur Iuventus, probè gnari, sine harum præsidio & ornamento sordescere cæteras artes, nec Theologiæ inprimis suum constare decus, nec Medicinæ. Cùm itaque Φιλολογὸν sit, deque clarissimi scriptoris Græci divite penu depromptum, quod affero, quibus id potiori jure debeat, quàm Vobis scientiarum omnium literarumque Vindicibus summis. Dialogus est, quem damus, inter Lucianicos haut postrema nota, sed ut festivis salibus, ita & multi-

** 4 juga*

D E D I C A T I O.

juga saluberrimâque doctrina refertus. Neque enim hîc de meretricum amoribus differit auctor, aut Deorum flagitia describit, aut Gentium pro more ridet ineptias, sed divitiarum & paupertatis naturam explicat; tum varia, quæ ex utroque sequuntur commoda, vel incommoda Lectori velut ob oculos ponit. Imitatur hic palliatæ Comœdiæ principem Lucianus, estque nihil aliud præsens *Διόλεξις*, quam Pluti Aristophanici expressissimum exemplar sive character. Ut enim ibi *Χεῦσόδωτος* ille Deus, & Penia certamen inter se suscipiunt, deque summa rerum gravissimè contendunt, ita & hic non minoribus animis, parique juris prætextu causam suam tuentur ambo. Primum describitur Timon cognomento *μωικός* & *ῥαπ*, vir Atheniensis, qui cum initio opibus afflueret, easque sine delectu

D E D I C A T I O.

lectu ullo aut modo in quosvis effunderet, ad egestatem brevi redactus est: at singulari Iovis beneficio à Pluto iterum ditatus, tam sordidus evasit ac inhumanus, ut præter unum Alcibiadem in societatem suam admitteret neminem, nulli civium quicquam largiretur, omnes in universum odisset mortales. Ita stultum vitia sua vitare student, in contraria delabi aut currere solent. Atque hinc captata occasione docet Sâmosaten-
sis noster, quis sit legitimus divitiarum usus, quo pacto conservanda vel augenda, quamque varios in hominibus producere valeant effectus. Quæ salutaria vitæ præcepta ut passim inculcat eruditissimus scriptor, ita ex altera parte non minùs delectat. Si quisquam alius, hic iudice Flacco omne punctum tulisse meritò sit dicendus, qui dulcia utilibus, se-

D E D I C A T I O.

ria ludis tam dextrè permiscet, ut vel eo nomine incredibilem sui amorem inter omnes concitarit. Hac de caussa tantopere placuit Trajano Casari, quo imperante floruit, ut Procuratoris Principis in Ægypto condicionem ab eodem acceperit. Erasmus æternum illud Batavia nostræ ornamentum nullo scriptore Græco (sacros excipe) magis se delectatum alicubi fatetur, quàm Luciano, cuius genium, & dentatum scribendi genus cum in Colloquiis, tum Epistolis suis exprimere conatus est, pari felicitate, an secus, Aristarchorum nostrorum subselliis discutiendum relinquo. Certè ex utroque illo opere, quod amanissimum est, perspicere liceat admirabilem ac prope divinum herois illius animum, qui quo loco habuerit Dialogistam nostrum, vel ex eo pareat, quod tantam in aucto-

ris

D E D I C A T I O.

*ris hujus monumentis transferendis operam collocarit : Declamationes quoque palæstricas instituerit more Lucianico. Et quis per Deum adeo obesa naris est rurisque plenus, qui tam suaditer ferientibus Luciani aculeis & nativis salibus non afficiatur ? Dignus profectò is, qui fenum comedat, & siliquis pascatur, quem tot diversa in omni genere doctrina scriptorum cupedia non capiant. palatum illi obbrutuisse dicam, qui ad hanc ambrosiam, hoc appositum nectar aut nauseabundus accedit, aut gustato discedit. Sryli genus quod attinet, charactere utitur Lucianus perspicuo & eleganti. Nihil affectatum hic invenias, nihil peregrinum. mella propinat verè Attica. Sententiis velut gemmulis quibusdam tota ejus relucet oratio. Ita ut quicquid in Græcia Venerum est, quicquid lepô-
rum*

D E D I C A T I O.

rum ex hoc uno auctore , velut myro-
 thecio quodam uberrimo haurire li-
 ceat. Nullus ferè in Antiquitate histori-
 cus est, nullus orator, poëta nullus, quem
 non evolvisse videatur, adeoque in san-
 guinem & succum convertisse. Vitiorum
 flagellator est acerrimus , nulli Deorum
 hominumque ordini parcit. Philosophos
 Rhetorasque sui ævi casim & punctim
 ferit. Platonicos tamen, & Pythagoræos
 nullâ non occasione oblatâ aut quesitâ
 perstringit. Hos ut præstigiatores tra-
 ducit. In Stoicis supercilium damnat
 & personatam gravitatem. Nec im-
 meritò, ut qui Vestium severitate vitæ
 continentiam præ se ferrent , & barba
 pallioque potius, quàm morum integri-
 tate essent venerabiles. Nec profectò si
 viveret hac ætate Lucianus, in aliud ge-
 nus hominum insurgeret acrius , quàm
 in

D E D I C A T I O.

*in seculi nostri Sophistas, qui ficto titulo
 se sapientia magistros dictitant. Quis e-
 nim plerorumq; eorum non rideat de
 legias & putidā barbariem? In fimeto,
 & foris se versari credat, qui scripta
 ipsorum perlegit, peniculoque opus ha-
 beat ad sordes detergendas, tanta impu-
 rorum vocabularum ubique sese offert
 colluvies. Præter bæceitates, quiddita-
 tes, suppositalitates, & similia verbo-
 rum portenta nihil offendis, quæ tantum
 abest, ut doctiorem reddant Sapientia
 candidatum, ut obtusorem efficiant, ca-
 liginemque offundant veritatem inda-
 ganti. Et tamen his nominum fictionibus,
 quod ipsis est *ὀνομασιμὴν*, tantopere de-
 lectantur nonnulli, ut Philosophus vix di-
 ci mereatur, qui in campum cum adver-
 sario descensurus non technologematis
 istis & Scholæ terminis, ut vocant, pro-
 bē*

D E D I C A T I O.

bè sit instructus. O seclum insipiens & inficetum ! Aliter mehercle philosophatus est Plato, aliter Aristoteles, cui flumen aureum attribuit Tullius : aliter ipse Cicero, Seneca, priscique illi Sapientiae Dictatores, qui cum de rebus divinis humanisque differerent, usitatis verbis animi sui sensa expressere, eademque mox scripto eleganter consignata ad aeternum posteritatis usum transmissere. Hanc item loquendi stribliginem & inepta φιλοσοφίματα in monachis olim suis exagitavit Erasmus, & Thomistarum, Scotistarum, Sorbonistarumq; deliria, & rancidas voces merito derisit Lucianicum hac in parte morem secutus. Vivebat enim eo tempore magnus ille Batavus, quo litteras didicisse probrosum erat, & quivis potius in honore esset, quàm bonus orator aut poëta. Quousque inscitia prola-

psas

DEDICATIO.

pſos tunc homines putandum eſt, cùm
 (verba ſunt Ludovici Vivis in præſatione
 ad Auguſtinum de Civitate Dei) prodi-
 gium foret apud Theologum reperiri A-
 riſtotelem, vel Virgilium, vel Plinium,
 nihilque intereſſet, quis fuerit Scipio,
 quis Caſar, quis Pompejus, quis Cato:
 quæ aut ubi Carthago, aut Babylonia:
 herbane an ſaxum: malva an beta: la-
 pis an lignum: magnes vel adamas: a-
 nimal an metallum: tigris vel milvus: ſit-
 ne qui ardeat mons Ætna, an Alpes:
 ardeatne ſulphure accenſo, an arena.
 Quid dixerit, quid ſenſerit Plato, quid
 atomi Democriti conſciant: quid ſimi-
 lares partes ſint Anaxagora, aut diſſi-
 milares: quid Pythagora tranſanima-
 tio. Iſti ad hæc omnia non niſi linea alba
 erant, ſicut dici ſolet, in lapide albo.
 Hæc ille. Profectò ne in eadem & nos
 igno-

D E D I C A T I O :

ignorantia tempora, sædamque barba-
riem aliquando relabamur, metuendum
omnino foret, (tantus ubique litterarum
est contemptus, & altercandi pruritus)
pî vestra, Nobilis Domini, obstaret vigi-
lantia ac prudens cura, quibus effectum,
ut de talibus semper huic Aethæao pro-
spectum fuerit Viris, qui humanitatis stu-
dia ingenti cum laude professi, non mini-
mam celebritatis sue partem illi peperê-
re. Vivunt adhuc clarentque magna il-
la litterarum nomina Scaligeri, Lipsii,
Vulcanii, Meursii, Vossii, Salmasii, qui-
que jam annis maturior Daniel Heinsius
immortale Græciæ nostræ decus, qui tum
lectionibus suis, tum scriptis eruditissi-
mis densissimam illam antiquitatis nubem
procul a capitibus nostris discussere, &
politiorem multo subactioremque in an-
tiquis historiis ritibusque Juventutem
patriæ

D E D I C A T I O.

patria sua & Ecclesiae tradidere. Quae cum ita sint, Magnifici Proceres, mirum videri non debet, si Commendationem hanc meam Vestri Nominis praesidio munire voluerim, quos non minus, quàm Respublica, velut tutelares suos Deos nostra veneratur Pallas. Levidense quidem fateor munusculum est, meritisque vestris longè impar, tamen si donantis spectetur affectus, rerumque, quas pertractat, utilitas dignitasve, nec Vobis ingratum id fore spero, nec Atticarum amanitatum studiis inutile. Quorum votorum alterutrius si compos fuero, erit quod mihi gratuler, susceptique laboris haud poenitebit: sin minus, hoc uno me conscientiae testimonio solabor, bene de Academia vestra, Graecisque litteris mereri voluisse. Quod reliquum est, Deum

Opt.

DEDICATIO.

*Opt. Max. obnixè rogo , ut confilia
omnia vestra & actiones secundet, Vos-
que diu Patriæ & Ecclesiæ incolumes
servet. Dabam Lugduni Batavorum,
ipsis Kalend. Februar. anno Xpi 5070 vias
C I O I O C LII.*

**Nobilissimo & Amplissimo Nomini
vestro deditissimus**

LAMBERTUS BARLÆUS.

In

In elegantissimam

Luciani & Aristophanis Collationem,

à Clarissimo

D. B A R L Æ O

ex occasione Luciani, quem interpre-
tatus est, institutam.

Λυκιανὸς καὶ Ἀριστοφάνης, κοσμήτορες πα-
σῶν

Περὶ ποτι καὶ χαρίτων, ἥδ' ἐκ Δ' Φροσύνης,
Πάντων θαῦμα σοφῶν καὶ ἱεραστῶν Δ' Φροσυ-
νάων,

Μεσίων πε γλοκερὸν σύζυγον Ἑλλαδικῶν.

Νῦν ᾗ σοφὸς Χαρίτων ἱερῶς Βαρλαῖς, ἐταῖρον

Λυκιανῷ θεῖον θῆκεν Ἀριστοφάνη.

D A N I E L H E I N S I U S

ex tempore scribebat.

CL. V. LAMBERTUM
BARLÆUM,

Cum

LUCIANI TIMONEM

Cum Aristophanis Pluto collatum suis
illustrasset Scholiis.

Τῶν Χαρίτων , ὡς Φασι , παλαιγυρίων
τελὰς ἐστὶ·

Νδν ᾗ τελὰς πολλῷ γίγνεται ἡδυτέρη·

Λεκιασὸς γλυκύπικρῳ , Ἀλεξοφάγης πι με-
λασῆς ,

Βαρλαῖῳ πε σοφὸς , συγκαταμιγνύμενοι.

Ἐκ σε ἐπὶ τελὰς ἦδε , φίλ' , εἰς τὸ Φάῳ
προμελίσκη ,

Ἡᾶσιν ἀνὲ τρίχαρις , καὶ τερπύθηῳ ἔση.

ANTONIUS ÆMILIUS.

Historiarum & Eloquentiæ Professor.
in Academia Ultrajectina.

Clarif-

Clarissimo & Eruditissimo Viro ,

LAMBERTO BARLÆO,

Græcarum in Academia Leidenſi
Batavâ litterarum Profefſori digniſſimo,
cum Dialogum Luciani venuſtiſſimum
Ariſtophanici Pluti collatione
illustratum a ſe caſtigatumque
vulgaret.

Ille eruditus & venuſtus hiſtrio,
Dicacitatis plenus, & plenus joci;
Amoennus ille ſæculi cenſor fui,
Flagrumque ſuave, Lucianus denuo hic
Ridetque, ſed multo ante quam venuſtius,
Carpitque, ſed multo ante quam venuſtius.
Lucem novam hanc, Barlæe, jam debet tibi;
Debere talem & ſe cupit totum tibi;
Totumque debes. Lucianum tam bene
Partim nitentem; Lucianum tam bene
Partim explicatum, quilibet totum cupit.

COLLEGE CONIUNCTISSIMO

L. M. Q.

P.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIIUS.

EPI-

ΕΠΙΤΑΦΙΑ

nonnulla in Timonem è lib. 3. Anthologiae Græcæ.

Α Δ Η Λ Ο Ν.

ΕΝθάδ' ἀπορρήξας. ψυχὴν βαρυδαίμονα
κῆμαι.
Οὐνομα δ' ἐ πάσῃσι κακοῖ ἢ κακῶς ἀπό-
λοιθε.

Id Latine sic transtuli.

*Hic animâ jaceo abruptâ miseraque truci que.
Nomen ne petitote: mali malè sed pereatis.*

Καλλιμάχῃ εἰς αὐτόν.
Τίμων (ἐ γὰρ ἔλ' ἔοσι) τί τι Φάος, ἢ σκότος ἐχθρόν;
Τὸ σκότ' ὦ ὑμῶν γὰρ παλαιοὶ εἰν' Αἴδη.

Idem sic venit.

*Lux odiosa mage, an tenebrae tibi mortue Timon?
Plus tenebrae; nam plus Styx hominum atra tenet.*

Η' γησίππῃ εἰς τ' αὐτόν.

Ὅξείαι πάντα περὶ τ' τάφον εἰσὶν ἄκαιροι,
καὶ σκόλοpes· ἐλάψῃς τὰς πόδας λυ' παρσίης.
Τίμων μισάνθρωπ' ὅς τοι κίω· Ἄλλὰ πάρελθε,
οἰμῶζ' ἔστιν ἔτι πολλά. πάρελθε μόνον.

Id

Id est Vincentio interprete.

Et spinæ atque pali passim hoc sepserunt sepulcrum

Erecti : laedes, si aggrediare, pedes.

Timon in hoc habitat, tu porro perge viator.

Flere iubens omnes, carpe viator iter,

OBSERVANDA.

Primum epicedium Timoni adscribit Plutarchus, quod vivus adhuc sibi fecisse dicitur. Non igitur ἀδηλον est sive incerti auctoris, ut traditur. Versionem ejus Latinam infra quoque habes Lector in Argumento Dialogi, sed pentametro carmine ab Erasmo, aut alio expressam. Equidem heroica heroicis vertenda ratus, pari metro Latinum feci. In secundo ἰχθῆον pro ἰχθιον positum. De terții Epigrammatis scriptore non satis constat, an sit Hegesippus. Certè duos posteriores versiculos Callimachi esse ait idem Plutarchus. Notetur præterea τὸ ἔπος in ultimo versu acui debere, non circumflecti, ut citatur ab Erasmo & aliis. Nisi forte quis εἰπὼν potius legendum suspicetur, quod longè est usitatius, nihil tamen hic temere mutandum censeo. Carpendus etiam Opsopæus, qui secundariam in *Timon* syllabam corripit, cùm ex Grammaticorum præscripto sit producenda.

Po-

Poterat sic: *Incolit hoc Timon.* Sed condonandum hoc illi cum recentioribus aliis, qui in *Iason*, *Machaon*, & similibus idem peccant. Plura adducere possem Epiraphia ex ejusdem Florilegii libro citato, sed hæc tria ut celebriora decerpisse sufficiat, fontique digi-
tum intendisse,

ARGU-



ARGUMENTUM.

Hic Dialogo de Divitiis tractatur. Quis scilicet verus Divitiarum usus sit, & quomodo retineantur. Quibus potissimum obveniant, & quales reddant possessores. Occasio Dialogi à persona Timonis sumpta est, quem Athenienses, quod inhumani planè esset, hominumque congressus ac societatem vitaret, imò etiam publicis malis gauderet, *μωρός & πονηρός* appellarunt: cuius mortui quoque sepulchrum (ut scribit Suidas) inaccessum & indium factum fuit, cum mare, tanquam ipsum quoque perosum illius inhumanitatem, inundatione eam terræ partem, ubi sepultus erat, à reliqua abstractam seclusisset. In quo & tale Epitaphium inscriptum fuisse fertur.

Hic jaceo, vita miseraque inopique solutus,
Nomen ne quæras, sed malè tute peri.

Huic igitur Timoni similes reddi & divites, videtur intelligere velle Lucianus, utpote quos divitiæ & fastuosos & insolentes & planè barbaros efficere consueverunt. Fingit autem ab initio divitem fuisse, sed ob liberalitatem, & quod absque judicio in quos-

vis benignus esset , ad paupertatem redactum esse .
 Quam rem cum Iupiter ex ipsius querela , qua cum
 illo exposulando , in hominum maliciam & ingrati-
 tudinem à principio invehitur , cognovisset , misertus
 illius , eò quod & in Deos pius fuerat , & multa illis
 sacra peregerat , divitem denuo facere statuit , ac Plu-
 tum cum thesauro ad ipsum mittit . Qui principio ire
 detrectat , ostendens illum sua culpa pauperem factum
 esse , & cum talibus hominibus minimè perdurare
 se posse , atque æquè odisse eos , ut sordidos atque ava-
 ros illos , qui nunquam omnino se utantur . Medio-
 critate enim utendi se gaudere . Atque hic locus
 usum divitiarum , & quomodo conservari eadem de-
 beant , docet . Deinde cum Iupiter in sententia per-
 sisteret , atque ita Plutus ducente Mercurio ad Timo-
 nem proficisceretur , inter eundum fingitur claudicare .
 Ibi , interrogante Mercurio , causam ejus rei reddit ,
 quod quoties à Iove mittatur , tardè incedat , neque vi-
 deat quorsum eat , neque norit ad quos eat : quoties
 autem à Dite mittatur , etiam alatum esse . Quo fig-
 mento significare videtur , improbos ac malos semper
 melioribus successibus frui : probos autem , & à Iove
 dilectos , aut nunquam , aut tardè in hac vita felices
 ac divites fieri . Postremò interrogatus à Mercurio ,
 cur deformis ac pallidus , tantoperè ametur ab homi-
 nibus , respondet , inscitia , ac cecitate illorum hoc
 fieri . Atque ibi cum hos , tum alios effectus suos ex-
 ponit , quæ omnia postremò actione , & quasi ipsa re
 com-

comprobantur, dum Timonem ab initio Plutum rejicere atque aversari fingit, utpote ex paupertate modestum ac temperantem jam factum, & agnoscentem superiora mala, in quæ ex divitiarum copia inciderat. Mox eundem acceptum cum summa cura asservare, tumidumque & insolentem, omnes alios homines vitare atque contemnere. Additis ad finem etiam adulatoribus, scurris, assentatoribus, sycophantibus, fumi venditoribus, & id genus aliis, qui ut corpus umbra, sic ipsi divitias atque fortunam comitantur.

ALIUD ARGUMENTUM

IOHANNIS SAMBUCI in *Timonem*,
seu Misanthropon.

Distribuens aurum Timon incautus amicis,
 Mendicus subitò è divite factus erat.
 Ira igitur motus falsos contempsit amicos,
 Atque alios, parcè vivere constituens:
 Juppiter huic iterum succurrens grandia misit
 Munera, quæ tanti causâ doloris erant.
 Quæ acceptatis, didicit dein parcere nummis,
 Fabula, qui rectus, nos monet, usus opum.

Ε Π Ι Γ Ρ Α Φ Η,

sive inscriptio.

Inscribitur praesens Dialogus, Timon, sive *μωρανθρωπος*, quod posterius differentia causa additum videtur, ut de quo Timone hic agatur, declaret auctor. Fuerunt autem eo nomine plures, sed duo praeter ceteris fama clari, Timon Apolloniates seu Nicens Philosophus, qui Chalcedone Philosophiam simul & Oratoriam exercuit, charus Ptolemaeo Philadelpho, mordax imprimis & amarulentus, sillorum, id est, dicacitatum scriptor, in quem Epigramma extat elegantissimum Danielis Heinsii, in Peplo ejus, titulo: *Εἰς Τίμονα τὸν σιμολεῖστον, φιλόσοφον & αὐτὸν ὄντα*. De eo testatur Laërtius lib. 9. cap. 12. quod secessibus ac solitudine gauderet, uti nomine sic & ingenio haud multum dissimilis huic nostro. Vnde etiam Hieronymus Peripateticus dixisse fertur: Quem admodum apud Scythas & qui fugiunt, & qui insequuntur, torquent sagittas: itidem inter Philosophos, alios persequendo discipulos capere, alios fugiendo. Sequitur fama fugientem: & ob id ipsum avidius expetitur, qui celebritatem vitat. Alter Timon, quicum nobis hic negotium est, Atheniensis fuit, Echecratis, ut perhibetur, filius, tribu Collytensis, quem ob morum asperitatem *μωρανθρωπος* appellarunt, hoc est, hominum osorem. Eo enim ingenio fuisse memoratur, ut praeter unius Alcibiadis feroce natura juvenis, civium omnium consortia averfaretur. Humanum itaque genus cum odio haberet, vitam quandam inhumanam & feram sequebatur, in cibisque non modo vulgaribus, sed etiam vilissimis & ab reliquis hominibus prope damnatis acquiescebat. De quo Timone omnes ferè intelligunt decantatum illum Horatii locum Sat. lib. 1.

— ut qui-

— ut quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic solitus, &c.

Interrogatus aliquando, cur reliquos mortales præter Alcibiadem, exosos haberet: Quod sciam, inquit, illum quandoque multorum malorum Atheniensibus auctorem futurum. Quæ quidem ejus ἀναισθησία non uni proverbio locum dedit. Nam postilla inhumani omnes, quique hominum congressus ac societatem vitant, publicisque adeo calamitatibus gaudent, Timones vocantur. Et Timoniana vita pro solitaria & morosissima accipitur. Quin Timoniano more vitam traducere, est ab omni gratia & humanitate alieno: nec non Timoniana cœna appellatur, quæ cibus non modo vulgaribus, sed etiam vilissimis constat, de quibus in Chiliad. suis Erasmus. Quali autem mortis genere vitam finiret, non certò constat. Refert Euanthes, sed nomen auctoris non exprimit, Timonem hunc nostrum de pyro arbore delapsam cruem perfregisse: cumque medicorum operam pertinaciter recusaret, putrefacto ulcere interisse. Ausonius eum Athenis lapidatum fuisse memorat: alii non lapidatum, sed probro maledictisque confossum a'unt. Sic Suidas in vocibus ἀναισθητής, & Τίμων. Ad nomen μελαγχολικός quod attinet, produnt Ammonius & Ælianus fuisse & Cnemonem quendam cognomento μελαγχολικός, ejusdem ferè genii ac vitæ hominem. Nec aliud ab eo extitit Bellerophon ille Homericus, de quo legere est Iliad. 6. quem melancholicum fuisse scribit Aristoteles. Hic enim cum Diis omnibus invisus esset, tantum ex eo dolorem cepit,

Ut miser in campis mœrens erraret Alëis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

De Marco item Antonio refert Plutarchus, quod, cum ab Augusto pugna Actiaca debellatus esset, in extremo portu

juxta Pharium objectis mari aggeribus maritimam sibi cœnationem adificari curavit, in qua vita reliquum transigeret more Timoniano, dictitans se ὁ Τίμων ὁ ἀγαπῶν καὶ ζῆλόν βίῃς. Sed veterum exempla quid opus est memorare? Habet & atas nostra Timones non paucos. Quot enim, pro dolor! reperire est, qui vel natura vitio, vel alia de caussa offensus secessus quarunt, & segregati à communi hominum societate bellum quasi mortalium generi indicunt. De cœnobitis nostrî temporis aut eremicolis nihil dicam. Siquis vel in magistratu forte ambiendo repulsam passus fuerit, vel gratia exciderit Principis, aut in amoribus Venerem habuerit minus propitiam, aut aliam quamcunque injuriam clademve perceperit, en continuò cum Timone nostro μετὰ Τίμονα se declarat, sylvas & deserta urbibus præfert, vitamque solitariam degere mavult, quàm communi hominum cœtui interesse. Hujusmodi lucifugis & lycanthropis illud opponendum divini Platonis effatum reor: Nos non tantùm nobis ipsis natos esse, sed & patrie, sed parentibus, sed cognatis & amicis: hominem esse ζῶντα μετὰ τοῖς ἄλλοις, ut docet Philosophus: contrà qui solitudines quarunt, seque publico civium contubernio subducunt, non modò non homines sed ne vivos quidem esse censendos. Praclare Seneca: Vivit is qui multus usui est: vivit is, qui se utitur: qui verò latitant & torpent, mortem suam antecesserunt. Sed plura de Timone qui vòlet, Paulsaniam adeat in Atticis, Plutarchum in vita Antonii, nec non Erasmi in adagiorum opere. Nos ad ipsam Dialogi ἐκείνου accedamus.



TIMON.



Ζεὺς Φίλιε, καὶ
 ξένιε, καὶ ἐτα-
 ρεῖε, καὶ ἐφέστιε,
 καὶ ἀστεροπηταί, καὶ ὄρκει,
 καὶ νεφεληγερέτα, καὶ
 ἐρίγδασπε, καὶ εἴη σε ἀλ-
 λοοὶ ἐμβρόντηται ποιη-
 τὰ καλῶσι.

TIMON.



JUPITER Phi-
 lie, hospitalis, so-
 dalitie, domesti-
 ce, fulgurator, juramenti
 præses, nubicoge, grandi-
 strepe, & si quod aliud tibi
 cognomen attoniti poëta
 tribuunt.

Expostulat cum Iove Timon, quod hominum scele-
 ra non statim puniat, neque dignum se gerat tot hono-
 rificis & ad terrorem compositis nominibus, quibus
 illum insigniunt poëtae Πολύνομος hic introducitur
 per illusionem Ζεύς, ut apud Aristophanem in Pluto
 Mercurius, qui se τρυφῶν, δόλιον, ἐμπλαῖον, ἡγμένιον,
 & aliis item appellationibus venditat Carioni. Deus li-
 cet unus sit, tamen varia nomina sortitus est ab affectio-
 nibus variis, inquit Aristoteles, vel quisquis auctor, in
 lib. de mundo. Et Seneca lib. 4 de beneficiis cap. 7.
*Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum
 compellare. Tot appellationes ejus possunt esse, quot munera.*
 Cum enim de uno Deo convicti essent οἱ θεῶν, ne-
 que id negare possent, ipsum Iovis nomine coluerunt,
 quem propter diversa ejus officia & beneficia, diversis
 item nominibus designarunt, ut quem totum compre-
 hendere

hendere nequirent, per partes, vel ut Maximus apud Augustinum loquitur, *membratim* colere viderentur. Hinc *φίλος* dicitur, quod amicitiae præfesset. Interpres Græcam vocem retinere maluit, quæ tamen in Latina versione reddenda erat. Quidam *amicitia præsidem*, alii Plautina voce *amicabilem* interpretati sunt. *ξένος* est sive hospitii vindex, si quando hospitii jura violantur. De quo Virgilius 4. *Æneid. Iuppiter hospitibus nam te dare jura loquuntur*. Iuppiter Xenius apud omnes ferè gentes colebatur, præsertim apud Scythas, ubi piaculū maximum ducebatur, hospitium violare. *Ξένος* idem vocatur, q. d. sodalitiū juris disceptator, vel sodalitiū præses, ὁ ἱστέων ἐν τῇ ἱμερίᾳ κρινάμενος, ut tradit Eustathius. cui Iason cum Argonautis sacra fecisse dicitur, ut testis est Athenæus lib. 6. itemque Hefychius, qui ipsum ait in Creta comprimis cultum fuisse. *Ἐπίτορος* appellarunt, quod procurator, dominus & assertor sit eorum, qui ejusdem testi, septi vel Iaris sunt participes. nam ἱστέρος ἡνὶς interpretantur τὰς ἱστίαιας, penates. *ἱστία* focus est, cui originem dant ab ἱστῷ, sedeo, quod ad focum federur plurimum. *ἀστρόπεπλος* poëticum est vocabulum, idem quod ἀστρόπαιος, fulgurator, quasi ὁ συνάγειν τὰς ἀστράπας, fulgura & coruscationes congregans, ut exponit Hefychius. Tradit Appianus in Syriaco: cum à Seleuco Seleucia urbs conderetur, quæ ad mare vergeret, fulgure istam fuisse, fulgurque ipsum Deum creditum, solitosque mortales choreas ducere, ipsumque fulgur hymnis & canticis prosequi, quoties cælum fulgeret. Hinc *Iuppiter fulgur* apud Festum. *Ὀξύς* nomen accepit quod jurisjurandi sit arbiter, vel is per quem homines jurant. Scribit Pausanias, quod & Gilbertus refert, in Olympiæ *Βουλὴν*, h. e. loco ubi Eliensium Senatus

tus cogebatur, Iovis simulacrum fuisse, quod utraque manu fulmen continebat, quasi ulturus omnino fulmine, qui falleret iuramentum. De cæteris nominibus vide quæ ad hunc locum breviter notavit Bourdelotius, & ante eum Cognatus. ἰμβροτῆται. Pro eodem Lucianus dixit, ἰμβροτῆται, in Icaromenippo. Consule Aristotel. analyt. poster. lib. 2. ubi sententiam refert Pythagoræorum de mentibus tonitru motis & insipientibus.

Καὶ μάλιστα ὅταν *Maximè quum hærens*
 ὁποῶσι πρὸς τὰ μέ- *in versu (Nam tum illis*
 τρα, τότε γὰρ αὐτοῖς *multi nominis factus, car-*
 πολώνυμῳ γινόμε- *minis ruinam fulcis metri-*
 νῳ, ὡς εἶδεις τὸ πῖ- *que hiatus implet)*
 πλον ἔ μέτρα, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχλῶδες ἔ
 ῥυθμοῦ.

Epitheta non semper ἐν τῷ ἁπλοῦ, sed pedamenti sæpe & tomenti tantum loco adhiberi à poëtis, præter Plutarchum observavit etiam Eustathius. Sic Homerus non raro Iovem vocat ἡφελήγερτον, cum serenus est, & ἀπιορπητὸν, cum ad Æthiopas comessariū abit, vel amoribus indulget. In Odyss. Penelopæ tribuit χερσὶ παχυαῖαν 1. e. *manum robustam*, præter decorum & ἀκρογλήγας, quam 3. Iliad. Menelao ascribit, ἐν τῷ ἀκρογλήγῳ, ut rectè animadvertit Græciæ nostræ σφόδρα D. Heinſius in suis ad Hesiodum observationibus. τὸ πῖπλον ἔ μέτρα. Propriè ῥυθμός dicitur illa ἄρσις & θέσις eorum qui pede & manu plaudunt. Vnde translatum ad pedes metricos, μέτρα a metiendo nomen habet, estque certa

& definita pedum compositio. Differunt igitur *ῥυθμός* & *μέτρον*, quod *ῥυθμός*, numeri, spatio temporum, constant, *μέτρον* etiam ordine: alterum quantitatis est, alterum qualitatatis. hinc Aristophanis Scholiast. *παρὰ τὸ μέτρον ῥυθμός*, in Nebul. Vide Iul. Scaliger. de arte poetica lib. 2. cap. 6. Cadere dicitur versus, cum non rectè pedibus suis incedit, vel in fine claudicat, ut tibi-cine opus habeat, quo fulciatur: hiare, cum pars aliqua deficit, aut debita dimensione non constat, aut crebra vocalium inter se sit concursio. *χαρμυδίας* vocant Grammatici, hoc est, metri compositionem hiulcam. *ὑπὸ ῥυθμῷ*. Festivè Jovi tribuit, quod nominibus ejus competit. *ὑπὸ ῥυθμῷ*, fulcio, sustineo, *σπείζω*. aptum vocabulum ruinæ. Sic Propertius dixit: *positas fulcire ruinas*. At si principes poëtas tam liberè taxat Lucianus quod epitheta nonnunquam adhibeant propositæ rei parum convenientia, quid dicturus esset de nostratibus non dicam poëtis, sed poëtastris, qui ut versuum suorum ruinam fulciant, & hiatum expleant, nescio quæ vocibus utuntur obsoletis, barbaris, & assutitiis, quæ non magis argumento congruunt, quàm vetus panniculus novæ vestis, vel crocoron feli, ut proverbio dicitur.

Ἢ εἰ σὺ νῦν ἢ ἑρ-
σμάρατος ἀτραπῇ, ἢ
ἢ βαρύβρομον βρον-
τῇ, ἢ ὁ αἰθαλόεις, ἢ
ζεγγῆεις, καὶ σμερδα-
λέων κεραινός;

Vbi tibi nunc magni-
crepum fulgur, gravifre-
mum tonitru? ubi ardens,
candens, ac terrificum ful-
men?

A circumstantiis indignationem movet Timon.

In-

Interrogatio negationis vim habet. ἰερὸν μᾶλλον. Vox
 poëtica, quasi λίαν σμικρὸν γὰρ, id est, ἰχθύν. Jo-
 vis epitheton alibi, hic fulguris, quatenus tonitrum
 efficit. Differt fulgur à fulmine secundum Philoso-
 phos, quod fulmen fiat, quando multus ac tenuis ven-
 tus seu spiritus, nempe calidus & siccus, ex nube,
 cui inclusus, à frigore exprimitur, magnoque fragore
 nubem pertumpit, & in terram decidit, cum fulgur
 tantum in aërem dispergatur & consumatur: adeoque
 nonnunquam fiat sine tonitru. Pulciè Seneca: *Eodem
 modo fit fulgur, quod tantum splendet: & fulmen quod mit-
 titur: sed illi levior vis, alimentique est minus, & ut
 breviter dicam: fulmen est fulgur intentum.* παρὰ τοσοῦ-
 τον βεγνί. Est enim tonitrus, ut Philosophus docet lib. 2.
 Meteor. cap. 9. nihil aliud, quam fragor vehemens
 ab exhalatione ignescente, dum nubem rumpit, ex-
 citatus, ut videre est in bombardarum nostrarum ex-
 plosione. Nam horrendus ille sonus cietur à flamma
 ex angustia tubi erumpente in liberiores aëra, magna-
 que cum violentia discerpente eum ac propulsante.
 ἢ ἰ ἀνάλους. Jovi fulmen tribuitur triplex propter tri-
 plicem fulminis naturam & affectum, quod est pene-
 trare ac discutere res contactas: offuscare seu deni-
 grare: & easdem incendere vel inflammare. Alii pro-
 pter triplicem materiam ex qua constat, nempe calido
 sicco, ex vapore calido humido, & ex iisdem præter-
 ea incensis. hinc Poëtæ Jovis telum trifidum sive tri-
 fulcum esse dixerunt. Aristoteles tamen duo tantum
 ponit fulminum genera, Homerum imitatus, quem &
 & hic sequitur Lucianus. περιουδὲν ἀνάλους vocat fu-
 liginosum ab atrore, quo res imbuunt contactas. ἀνάλους
 enim fuligo. & αλόους alio nomine appellatur Sic auctor
 de mundo. Τῶν δὲ περιουδῶν οἱ μὲν ἀνάλους, ψαλόους
 λήγρι.

λίγῳ]. Alterum fulminis genus ἀργῆν, a candore vel velocitate nomen accepit. ἀργῆν en. albus, velox. quanquam a candore potius sic dici putem. Plinius *clarum* appellat, quod flamma lucente & digestæ subtilitatis omnia penetrat, seque per omnes venas insinuat & acerrimè urit. Teneris tamen & ratoribus parcit, quia non inhæret, ac ita citius quam possit amburere, se per poros transfundit, ut cum loculis integris & illæsis liquatur aurum. mora en. aliqua opus est ad urendum. Sic philosophus: εἰ δὲ πυλῆος, inquit, διάτρεπτε, ἀργῆς λίγῳ]. i. quæ raptim transmittuntur fulmina, celeriterque provolant, Argetes vocantur. Σμικελίον. Adjunctum fulminis, quod sit τοῦ πλάγῳν seu terrificum. Docet id Petronius Arbitr: *Primus in orbe Deos fecit timor: ardua calo Fulmina cum caderent discussaque maria flammis Atque ictus flagraret Athos.* De Cæsare Caligula numinum alioquin suorum contempore refert Suetonius, quod ad minima tonitrua & fulgura caput obvolvere; ad majora verò proripere se è strato, sub lectumque condere soleat. Homericis hic epithetis jocose utitur Lucianus ad illudendum Iovi.

Α' παντα γὰρ ταῦτα
λήρῳ ἤδη ἀναπίφνε,
καὶ καπνὸς ποιητικὸς
ἀπικνῶς, ἐξω δὲ πα-
ταγῶ τ' ὀνομάτων.

Nam hæc omnia jam
nugas esse apparet, fu-
tumque reuera poeticum,
nec omnino quicquam præ-
ter nominum strepitum.

Continuatio superiorum ad ἐξουσίαν Iovis ejusque potestatis instituta. Pari indignatione Iovem affatur Dido apud Maronem *Æneid.* 4. *Adspicis hæc? an te Genitor cum fulmina torques Nequiequam horremus? cæcique*

in nubibus ignes Terrificant animos & inania mortuorum mis-
ces? q. d. absit, ut inania esse credamus. At Aristo-
phanes ex persona Socratis Iovem ludificans Comica
scurrilitate *βροτὰς* ejus appellat *περδὰς*, in Nub. *καπνὸς*
ποιηκὸν sive fumum poëticum appellat, vana & magni-
fica Poëtarum figmenta. Persius Sat. 5. *Non equidem*
hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pargina turgescat dare pon-
dos idonea fumo. Quid sit fumos vendere, & fumos
effundere norunt. vel prætextati in scholis. Athenis
vulgò *καπνοὶ* appellabantur dosentes & pollicitato-
res magni. fumus enim initio magnum quid esse vi-
detur, sed statim evanescit, nihilque intus solidi habet.
ἀπ' οὗ. Vox ea non conviciatoria est, sed *αἰετὶ λογιῶν*
& inania verba designat. hinc pro re frivola & nullius
momenti accipitur: *ἔξω πάλιν* Imperfecta oratio, in
qua desideratur aliquid, *ἔδινε*, vel *ἔδινε ἡ μάκα*. rectè sup-
plevit interpretes. *Nec omnino quicquam præter.* Per
πάμπαν τ' ὀνομάτων, nomina intelligi sonora & gran-
dia, non exilia aut vulgaria *ψέφον ῥημάτων* dixit item
Aristophanes in Ranis, verba *μεγαλόφωνα* & terroris
plena.

Τὸ δ' αἰοίδιμόν σε,
καὶ ἐκητόλον ὄπλον, ἔ
πρόχειρον, ὅτε οἶδ'
ὅπως πλείως ἀπέσβη,
ἔ ψυχρόν ἐστι, μηδὲ
ὀλίγον ἀπὸ τῆς ὀργῆς
κτ' ἢ ἀδικημάτων δι-
φυλάτῃον.

*Sed decantatum illud
tuum telum eminus fe-
riens, & promptum, ne-
scio quomodo penitus ex-
tinctum sit, & frigidum,
& ne minimam quidem
scintillam ire contra no-
centes asseruarit.*

Pergit extenuare Iovis arma Timon. ὄπλον αἰοίδιμον.
Sic

Sic vocat fulmen a poetis decantatum & celebratum. Vox etiam prosæ scriptoribus usitata. ἐκηβόλον. De fulmine hic usurpatur, παρὰ τὸ ἱκαθὲν βάλλειν, quod eminus jaciatur, vel ut Virgilianis utar verbis: *celfo Genitor quæ plurima calo Dejicit in terras.* Aliàs epitheton est Apollinis i. e. Solis, qui ἐκηβόλος appellatur, quod radios e longinquo in terras demittat, resque omnes ex immenso intervallo moveat & operetur: vel quod vaticiniorum sit præses, a βάλλω, pro συμβάλλω, conjecto. πρὸ χειρὸν) quod hominum impietate motus Iupiter præ manibus semper & quasi in promptu habet: secundum illud Horat. l. 1. od. 3. *Neque per nostrum passimur scelus Iracunda Iovem ponere fulmina.* ἀπώροτος) indefinitum β. quod sicut præteritum in passiva nonnunquam significatione accipitur, pro, *extinctum est.* ψυχρὸν) id est, ἄπυρον, ex consequenti. Extincta frigent. ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἰργῆς) Debat dicere πυρὸς. Festivè & κατὰ τὸ νόμον ita Iovis transcribit, quod fulminis est proprium. ἀπὸ τοῦ, scintilla, quod ex Græco, quasi spintella verò πιν, Ionum more, ut docet Caninius.

Θαῖλον γὰρ τὸ πικρὸν
ορεῖν τις πικρὸν ἐνὶ
ῥαλὸν θρυαλίδα φο-
βηθεῖν αὐτὸν ἢ πλὴν παν-
δαμότορον κεραιὸν
φλόγα. ἔτω δὲ λαλόν
τινα ἱπαναλείνασθαι δο-
κεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ ὠρὸν,
ἢ καπνὸν αὐτὸ αὐτὸ μὴ

Itaque quibus ex his,
qui peieraturi sunt, citius
extinctum ellychnium me-
tuerit, quàm flammam ful-
minis cuncta domantis:
ita titiorem quæpiam in
ipsos vibrare videris ut nec
ignem, nec fumum ex ipso
manantem pertimescant:
sed hoc solum ex vulnere
δεδιέναι.

οἰεῖσθαι μόνον ἢ τῷτο putent sibi inferri noc-
 οῖσθαι ἀπολαύειν & mentum, ut fuligine com-
 τεράμαται, ὅτι ἀνα- pleantur.
 ἀληθῆσονται τῆς ἀσβόλης.

Dicitur Iupiter ὅρμη, quod jurisjurandi arbiter sit
 ac vindex. hinc perjuros fulmine suo ferire ac necare
 creditur. Quod cum non illicò fiat, Iovem vel cæcu-
 tire, vel fulmen ejus extinctum putant, imò ad atheis-
 mum prolabuntur, mundumque ex fortunæ arbitrio
 fursum ac deorsum volvi credunt. Sic Iuvenalis sat. 3.
*Sunt qui in Fortuna jam casibus omnia ponant, Et nullo
 credunt mundum rectore moveri, Atque ideo intrepidi qua-
 cunque altaria tangunt.* Verum legendus hic est Plu-
 tarchus, *Θεὸς ὁ θεὸς βροχίας προσηρμῆς*. Vtcunq; Deus
 poenam differt, non tamen eam aufert, sed tarditatem
 supplicii gravitate compensat. Piè Tibullus : *Ab miser
 & si quis primò perjurja celat, Sera tamen tacitis poena venis
 pedibus.* ἢ *λοι θρονάϊδα*) Iovis fulmen ellychnio com-
 parat extincto frigidoque, quod vim nullam habet am-
 plius nocendi, q. d. brutum fulmen. *ἰῶλον* Suidas
 tradit esse, τὸ εἰς τὸ ἰῶ λουπρόρον, sumptâ tralatio-
 ne a cibus, qui in sequentem auroram sive diem re-
 licti saporem ac vim suam amittunt, fiuntque inuti-
 les. Sic jus hesternum Græci vocant *ἰῶλον ζῶλον*,
 & *ἰῶλοι ἄρτοι* sunt panes pridie facti. nam ut rectè
 notat Calaubonus ad Athenæum lib. 3 *ἰῶλα* d'cun-
 tur omnia, quæ desierunt esse in ἀκμῇ novitatis.
 Vnde M. Tullius *ἰῶλον* vocat librum, qui primam no-
 vitatis gratiam amisit. *πανδράμας πρεσβύς*) fulmen
omnia domans. Sic Professor Salmurienfis. Erasmus,
omnia necans, quod angustius est, cum non ad ani-
 mata

mata solùm, sed & inanima sese corpora extendat fulminis efficax vis. Neque enim homines vel pecudes tantùm in cineres redigit, quorum exempla legere est apud historicos, sed insuper durissima quæque, ut quercus, lapides, & metalla dissipat, liquefacitque. Seneca lib. 1. Nat. quæst. cap. 52. *Valentiora, quia resistunt, vehementius dissipat: cedentia nonnunquam sine injuria transit.* Cum restrictione tamen accipiendū hoc nomen *πυρρὰ*. Sunt enim nonnulla, in quæ potestatem non habeat fulmen, ut in laurum ac ficum: in vitulum marinum: in aquilam, in hiænam, in homines dormientes & alia, de quibus videndi Plinius, Plutarchus, Suetonius: & recentioribus item Brodæus lib. 3. Miscell. *ἔτι δαλόν ἔστι*) Aliâ similitudine utitur, qua Jovis potentiam elevat, cū titioni assimulat fulmen ejus, unde hoc tantū formidant perjuri, ne fuligine compleantur, *δαλός*, titio, *ξύλον πεκαυμένον* Hesychio, *πυρρὸν τὸ δαίσαλ, ἔστιν καίσαλ*. plures vocabuli notiones ibidem vide. *ἐπικαταίσαλ δακνῖς*. In media significatione, pro sublata manu intentare fulmen, vel sublatum fulmen dextra vibrare. Sic & *ἔρως περὶ ἡγκυλημῆρος* apud Athenæum introducitur, hoc est, sublimi manu fulmen tenens, & quasi jam jam vibraturus. Gestum habitumque Jovis fulminantis exprimit Timon.

Ὡς ἡδὴ Διὶ ταῦ-
τά σοι ἔο Σαλμωνίδης
αἰνέσθοντ' αἶν' ἐπὶ λμα, ἔ-
παινε τοὶ ἀπίθαι ὧν
πρὸς ἔτῳ ψυχρὸν πλὺ

Quibus rebus factum
est, ut jam Salmonæus
tibi sit ausus etiam obto-
nare: neque id admodum
ab re: quippe adversus

ὀργυλῷ

ὄργλιν Δία, θερμὰ- Iovem usque adeò frigi-
 γός αἰὴρ, καὶ μεγα- dum, vir ad facinora fer-
 λαυχέμεν &c. . . vidus, audaciaque tumi-
 dus.

Quàm meritò ab hominibus nefariis contemnàn-
 tur Iovis fulmina & tonitrua, probat exemplo Salmo-
 nei. Fuit Salmoncus Æoli filius, non regis ventorum,
 inquit Servius, sed alterius, qui apud Elidem regnavit,
 qui cum regia Majestate contentus non esset, conatus
 est se Deum suis ostendere, & fabricato æneo ponte
 sublimi, adeo ut Elidis partem desuper tegeret, sub eo
 agitabat currus ad imitanda tonitrua : & in quem jacu-
 latus esset facem, eum jubebat occidi, ob quam super-
 biam Iupiter iratus illum vero fulmine ad inferos de-
 turbavit. De quo Virgil. 6. Æneid. *Vidi & crudeles dan-
 tem Salmoneæ pœnas, Dum flammæ Iovis & sonitus imi-
 tatur Olympi.* Verum omissis poetarum figmentis, fuit
 Salmoneus, ut Eustathius tradit Odyss. λ. insignis
 mechanicarum operarum artifex, qui βροτῶν ad imi-
 tanda cæli tonitrua dicitur excogitasse, vas scil. ingens
 mugitum illum tonitruui per calculos immisos expri-
 mens, cuius etiam meminit Aristophanis interpres, in
 Nebul. Produnt item historiæ, Archimedem Syra-
 cusanum fulgurationes quasdam ignivomas per spe-
 cula edidisse. Idem Eustathius commemorat peritum
 quendam mathematicum adjuncto machinæ inimi-
 ci sui ædes, non aliter quam terræ motu vibratas, con-
 cussisse fulgurosque quosdam radios in illum distrin-
 xisse, ut confessione inimici & ἐκσίσχων, & περιέρω-
 &c dictus fuerit Neptuni Iovisque, illius terræ quassa-
 toris : huius fulguratoris epithetis. Quod de Arithme-
 tico intelligendum putant, quem scribit Agathus histor.

lib. 5. domum Zenonis vicini sui æmula motus terræ concussione per dispositos certis locis tubulos percussisse. Cum Salmoneo confert Gilbertus auctorem illum (monachus fuisse perhibetur in Germania) qui bombardæ & pulveris nitrati usum primus invenit, quod inventum, ut ut alii summè necessarium atque utile in bello ducunt, ad arces scilicet latronum expugnandas: alii tamen & forte rectius Satanicum plane & perniciosissimum esse judicant. Quæ enim quæso animi virtus? quod corporis robur? qui astus & stratagemata ingeniosa nunc locum habeant, ubi machina illa globis ferreis saxisque opplata disjicit omnia, & uno sæpe ictu centum aut ducentos homines in acie constitutos, quamlibet armatos è medio tollit? ἀνὴρ ἑρμῆν. Dixisset Atticus scurra ἀνὴρ πομπῆς, ut qui Jovis tonitrua per jocum πομπῆς vocabat. ὁ πᾶν θεῖ. Nec immeritò hoc à Salmoneo factum asserit argumento à contrariis desumpto. Lentitudini Jovis opponit Salmonei fervorem; & projectam ejus audaciam, illius timiditatem. ψυχρὸς τὸ δόγλον. Ejusmodi hominem ἀνοργον, vel ἀέργον vocant Græci, lentum sive iræ vacuum, de quo Plutarchus in lib. περὶ ἀοργησίας, & Aristoteles 2. Ethicorum. Opponitur ei θεμνεγὸς ἀνὴρ, qui ad facinora perpetranda fervidus est & præceps. Xenophon ἀνὴρ & ῥιψοκίνδων appellat. Sic & θεμὸν ἔργον apud Aristoph. facinus audax & temerarium, q. d. calidum magis quàm callidum. Θεσμυμῆδης eadem de causa vocatur Salmoneus à Pindaro, in Pyth. Oda 4. μεγαλαυχῆδης, id est, non tantùm audacia tumidus & elatus, sed de magnis etiam rebus seipsum jactans. Utriusque significationis exempla vide apud Budæum in Comment. pag. 356, edit. Stephan.

Πῶς γὰρ, ὅπως γε *Quidni enim faciat,*
καθάπερ ὑπὸ μαν- *ubi tu perinde ac sub*
δραγόρα καθάδεις, ὅς *mandragora dormis? qui*
ἔτι τ' Ἰπιορκύντων ἀ- *neque peierantes audias,*
κρίεις ἔτι αὖτ' ἀδικούν- *neque flagitiosos obser-*
τας Ἰπισκοπῆς. *bes.*

Socordix crimen Jovi impropere ac somnolentix.
πῶς γάρ; concisa loquendi formula sed elegans In
responsionibus assensionem significat, quidni enim fa-
ciat? q. d. jure optimo id facit. ὑπὸ μανδραγόρα κα-
θάδεις, proverbialis est locutio. Mandragoræ vis inest
somnia, ob insignem ejus frigiditatem, quam her-
bam Pythagoras ἀνθρωπομορφον vocat, quod radix ejus
imitetur hominis formam. quod tamen negant recen-
tiores Botanici, idque ex aliis plantarum radicibus
confictum esse ajunt. Sunt qui non plantam, sed ani-
mal in terris vivens esse crediderint, ideoque dextrè
evellendum esse docuerint, cum & conceptum in utero
perficere & divitias conferre purarint, quam opinio-
nem merito refellit Matthiol. in Dioscoridem lib. 4.
& 6. itemque Lemnius lib. 4. de occult. Naturæ mi-
raculis, cap. 10. Vide insuper Nicand. & Grevinum,
cap. 23 lib. de Venenis. Hesychio exponitur ἀδ-
βελάνης εἰναιδὲν καὶ ὑπνωτίζεν. Hinc qui cessant in officio,
multam mandragoram bibisse dicuntur. Utitur eodem
loquendi genere Demosthenes in Philipp. 4. & Julia-
nus Cæsar in Epistol. At quanto rectius quàm Timon,
de summo Numine pronunciat regius Psalter: ὁ κυρά-
ζει, inquit. ὁ δὲ ὑπνωτίζει ὁ φυλάσσει Ἰσραὴλ, non dormis
neque nictas, qui custodit Israël. ubi λήθης in verbis

occurrit & ἀνδροπαθέων, q. d. Deus noster promptus est ad opem suis ferendam, non mandragoram bibit aut grana papaveris, ut altum dormiat. ὅτι τὰς ἀδικίας. In genere sic vocat flagitiosos. Est enim scelus omne ἀδικία quædam & iniqua actio seu juris violatio, ut contra virtus omnis justitia. hinc apud Demosthen. ut observat Budæus, τὰ ἀδικίαν ferè accipitur, pro perperam & scelestè agere. Et Casaubonus ad Athenæum, ἀδικίαν pro impudicitia & aliis item flagitiis accipi, non semel observavit.

Λημᾶς ᾖ, καὶ ἀμβλυώτῃς πρὸς τὰ γιγνώσκειν, ὥς τὰ ὅλα ἐκ κεκώφωται, καθάπερ εἰ παρηβηκότις.

Sed cecutias lippitudine, & hallucineris ad ea quæ sunt, auresque tibi obsurduerint, quemadmodum iis qui senio confecti torpent.

Amplificatio eorum quæ supra dixit. Non solum dormire ait Jovem & veterno quodam corripì, sed cæcutire etiam præ lippitudine, eoque minus perspicacem esse in negociis obeundis. λημᾶς ᾖ. *cecutis lippientium more.* λήμη pro quo Atticis γλήμη addito γ, propriè humor est in oculis concretus, unde lippitudo nascitur, ὡς ἔλδουν, ut volunt, quod est videre, & μὴ particula privante, quod ejusmodi lacrymæ oculos occupantes visui officiant. Quæ cum in senibus majores lemas faciant, hinc satis audacter κηλοκύντας λημᾶν dixit Aristophanes, in Nub. & χύττας λημᾶν, Lucianus in opusc. πρὸς ἀπαιδῶν, hoc est, cucurbitas vel ollas lippire, quoties aliquem significare volunt planè cæcutientem aut stupidum. ἀμβλυώτῃς. *Obtusa*

sum vides ἀμβλῦς enim obtusus, hebes, quod ad ἀν-
 ῥάκω refert Eustathius. propriè de ferro usurpatur,
 cujus acies obtusa est. transfertur ad aciem oculorum.
 hinc ἀμβλυωπία pro *hebetatione oculorum* apud Hip-
 pocratem & Galenum, quā non tota lux perit, sed he-
 bescit, quæ hebetatio ex aliqua incerta causa prove-
 nit testibus medicis. τὰ ὅτι οὐκ ἐκείνη. Deest præpo-
 sitio καὶ. ad verb. *exurdatus es auribus*, vel *aures*
tua exurdata sunt, vel *exurduerunt*. καφός dicitur, cui
 auditus est vitiat: item mutus. Hesychio, ἔτι λα-
 λῶν, ἔτι ἀκούων. quia quisquis à nativitate surdus est,
 etiam mutus sit necesse est Vide Aphrodis. lib. 1. Pro-
 blem. ἄλλ' τί ἐστὶν οὐκ ἔστι καφός ἢ ἄλλοι; quæst. 1; 8.
 οἱ παρηγεῖσθαι. rectè interpretes, qui *senio confecti tor-*
pent; vel potius, qui *florentes annos egressi in sene-*
ctutem vergunt. Sic usurpatur apud Thucydidem,
 ὅσοι ἢ παρηγεῖσθαι, id est, *consenuistis*, ut bene inter-
 pretatur Budæus, non, ut Valla, *etate processistis*. Se-
 nibus enim visus obtusior, viresque corporis minùs ex-
 citatæ vegetæque esse solent.

Ἐπεὶ νέος γὰρ ἔτι,
 Ἐὐθύθυμος ὢν, Ἐὐκ-
 μαῖος τὸ ὄργλόν, πολλὰ
 καὶ τὰ ἀδίκων, Ἐβιαίων
 ἐποίεις, Ἐὐδένωλε ἡγίς
 τίτε πρὸς αὐτὸς ὀκ-
 χερίαν, ἀλλ' αἰεὶ ἐνε-
 γὸς πάντως ὁ κεραυνὸς
 λῶ, Ἐὐ αἰγὶς ἐπισείλο,

Quandoquidem cum
juvenis adhuc esses, acri-
que animo, & vehemens
ad iracundiam, permulta
in homines maleficos &
violentos faciebas: Neque
tum unquam cum illis in-
ducias agitabas, sed perpe-
tuo fulmen erat in nego-
cio, & agis concutieba-

καὶ ἡ βροντὴ ἱππαταγῆτο, *tur, obstridebat tonitru,*
 ἔη ἀσφαπὴ σιωπῆς *fulgur continenter jaculo-*
 ὡσπερ εἰς ἀκροβολισ- *rum in morem densissime*
 μόν, περικοντίζετο. *ex edito loco devolantium*
torquebatur.

Argumentatur ab antea factis. Instituitur hic egregia
 collatio Iovis olim juvenis ac strenui : & ætate jam
 deficientis sive ignavi. Quæ omnia Rhetorum more
 amplificat Timon per exclamationem, q. d. quantum
 mutatus es ab Iove illo juvene, acri & ætuofo ? nunc
 te nescio quis languor & veteris habet. ἔξυμνος ὦν.
 præceptus animi, impatiens iræ, cerebrosus. Sic eum
 sæpe introducit Homerus. Id autem pueris seu juve-
 nibus proprium est, quos propterea θυμικὸς ἔξυμνος
 appellat Aristoteles Rhetor. 2. Et ab ejusmodi homi-
 nibus minus sibi metuendum esse docet, quàm ab iis,
 qui mines dissimulatoresque sunt hostes. Vide Philo-
 sophum Eth. Nicomach. lib. 4. cap. 5. ubi τὸν ἔξυ-
 μνον ἐκ προχόλης distinguit ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν ἡλιότητος,
 qui diutius in ira persistunt, & δυσάλογος sunt. ἀ-
 μαρτὸν τὸν ὀργήν. Eleganter, quasi vigens ira. Sic ἰσχυρὸς
 ἀνμάζων dicitur medicis, cum sævit ac grassatur : πε-
 ρεπαζων, cum vigorem suum vel rigorem remittit,
 sensimque deficit ac decrescit. καὶ βιαιῶν. Significat ho-
 mines violentos, qui per vim aliis injuriam inferunt,
 vel ut verbis utar Ovidii, quibus rigido jus dicitur ense.
 κατὰ δὲ τοὺς εὐσχελεῖας. Gellius lib. 1. cap. 13. εὐσχελεῖας
 scribit esse cessationem pugnae pæcticiam, περὶ τὸ κα-
 τίχθαι τὰς χεῖρας, quod eo tempore feriatur bello apta ma-
 nus, ut ait Aufonius, & otia ducit. Ad ferias & mu-
 nerum

nerum vacationes quoque refertur. Latini *inducias* dicunt, sed voce minus significante, ut idem docet Noſt. Atticarum ſcriptor. ἰ αἰγίς. Jovi ægis tribuitur, hoc eſt, clypeus ex pelle capræ Amaltheæ, quæ nutritrix ejus fuit, confectus, quem dicitur ἰππεύειν, id eſt, vibrare, quoties irafcitur. Servius ad 8. Æneid. *In pectore Numinis*, inquit, ægis; *in corpore hominis lorica dicitur.* ὄπισθ' οἱ ἀκροβόλ. hoc eſt, *jaculorum in morem edito ex loco devolantium.* ita Erasmus. Alii, *in morem levis & velitaris pugna.* Vox utrumque ſignificat. nam ἀκροβόλιζαι, vel eſt ἐξ ἄκρου βάλλειν, ſublimi è loco jaculari: vel ut Heſychius exponit, πῶρρον βαλλειν, *eminus certare jaculis miſſilibuſque*, quod eſt velitari. Vide Æmil. Porrum ad Xenoph.

Οἱ σείσμοι γ', κρηνηδόν. καὶ ἡ χιών, σωρηδόν. Ἐ καὶ ἡ χάλαζα, πετρηδόν. καὶ ἵνα σοι φοβηκῶς διαλέγωμαι, ὑπὲρ τῶν ῥαγδαῖοι, Ἐ βίαιοι. πῶς μὲν ἐκάστηται γαίῳν.

Terra quaffationes cribri inſtar frequentes, nix cumulatim, grando ſaxorum in morem, atque ut tecum grandius loquar, imbreſque rapidi & violenti, ac flumen quotidie exundans.

Cohærent hæc cum præcedentibus, quæ ſalibus admodum feſtivistis referta ſunt. Eſt & hic elegans τ' ἰππεύειν ſimiliter deſinentium ſchematiſmus in κρηνηδόν, σωρηδόν, & πετρηδόν. Cribri motus cum motibus terræ; nivium denſitatem cum acervo frumenti aut aliarum rerum; grandinis lapſum cum ſaxorum deſuper volantium ſtrepitu perquam venuſtè comparat.

φορτικῶς ἀλγίζωμεν. Per comparativum exposuit Erasmus, ἀντὶ τοῦ φορτικώτερον. Sic Demosthenes in Timocr. ἵνα μὴν φορτικῶς εἴπω. Interpres, *nequid insolentius dicam & invidiosius. μαγδαῖοι*. Nimborum epitheton propositum, q. d. rapidi & vi perumpentes, ἀ ῥέου τοῦ ῥήγνυμι, rumpro. ἐκείνη παγών. Erasmus, & alii verterunt, *quotidie exundans*. ut ἐκείνη sit adverbialiter positum, pro καὶ ἐκείνω. illud verὸ παγών, indefinitum 2. esse volunt ἀ εἴλω, stillo, in quibus non leviter hallucinari videntur, cum simpliciter meo iudicio vertendum sit, *flumen erat quaque gustā*. Vult enim indicare Timon, quam copiosi & grandes fuerint illi imbres, unde tam exiguo tempore & velut momento tam ingens exstiterit aquarum diluvium, quo totum genus humanum fuerit absorptum. Nec etiam τὸ εἴζειν, quo verbo utitur Lucianus, *exundandi* significationem admittit, cum *stillare*, & *exundare* inter se opponantur. Unde ἄσπερα ὕδατα Euripidi, sunt *aqua copiose fluentes, non stillatim*. Subintelligitur verbum substantivum, ὡς, vel ἐχέειν, & prædicatum, ut Logici loquuntur, subjecti locum obtinet.

Ὡς τε τηλικαύτη ἐν
ἀκαρεῖ χρόνῳ ναυαγία
ἔπιντο Δευκαλίων
ἐχέειν, ὡς ὑποβρυ-
χίων ἀπάντων καταδε-
δυκότων, μόλις ἐν ἡ-
μιβώπον περιβηλῶσαι
περὶ σκῆλας τῆς Λυ-

Hinc tantum repente
Deucalionis ætate naufr-
gium ortum est, ut omni-
bus sub aqua demersis,
vix unica scaphula serva-
retur, quæ in montem
Lycorem appulit, humani
καρεῖ,

κωρεῖ, ζώπυρόν τι & generis quasi scintillulas
 ἀνθρώπων ἀνέριμα & quasdam servans, unde sce-
 λαφυλάτιον εἰς Ἰππ- leratius etiam genus pro-
 γνήν κακίας μείζον & . pagaretur.

Quàm præceps olim ad iram sive vindictam fuerit
 Jupiter, alio item exemplo declarat Timon, nempe
 diluvio Deucalionis. Fabulantur poëtæ Deucalionem,
 qui filius fuit Promethei, & uxorem duxerat Pyrrha
 Epimethei filiam, apud Thessalos regnasse, sub quo in-
 gens diluvium universum terrarum orbem inundasse,
 genusque humanum ad internecionem delevisse fertur
 Deucalione & Pyrrha servatis. quam fabulam lepidè
 pertractat Ovid. lib. 1. Metamorph. Hoc ideo fictum
 esse scribit Eusebius in Chronicis, quod regnante A-
 thenis Cecrope maxima aquarum illuvies majorem
 partem populorum Thessaliæ absumpserit paucis per
 refugia montium liberatis, maximè in monte Par-
 nasso, in cujus circuitu Deucalion tunc regno potie-
 batur, qui tunc ad se ratibus profugientes, ut narrat
 Justinus, suscepit, ac per summa Parnassi juga fovit,
 eaque de causa genus humanum ab illo fuisse repara-
 tum. ajunt. Sunt qui tertium & quartum finxerunt ca-
 tacyclismum sub Ogyge Thebanorum rege, Deucalio-
 nis majorem, ut testatur Augustinus lib. 18. de civi-
 tate Dei: & alterum sub Phoroneo rege Atheniensium
 in Attica. Sed fabulosa hæc omnia, & è Noachi, qui
 Deucalion ille, Ogyges, vel Phoroneus putatur,
 diluvio sub imagine expressa. quemadmodum constat,
 creationem hominis à poëtis, maximè ab Ovidio ipsi
 Prometheo tribui, quo antiquiorem non cognoverunt
 Græci. Sic justo Dei judicio, artibus Satanæ factum
 B 5 est,

est, ut quæcunq; in sacris historiis occurrunt, ethnicorū
figmentis in fabulas verterentur. Patet hoc ex colla-
tione, quam instituit Petr. Lavinius vir *ῥητορικὸς*
inter ea quæ narrat Moses, & quæ canit in Transfor-
mationibus suis Naso. Apud Lucianum in libello de
Syria Dea extat locus, ex quo manifestè paret, per di-
luvium Deucalionis intelligi non inundationem illam
particularem, quā olim Græcia, atque Italia vastata,
nec non Atalanta insula absorpta dicitur: sed dilu-
vium universale, quod fuit Noæ temporibus. Quin
etiam Plutarchus lib. de animal. industria, scribit, co-
lumbam ex arca Deucalionis emissam attulisse indi-
cium recedentis diluvii. Et quis ille Deucalion? Pro-
methei filius, qui Japeto patre natus dicitur. at Japeti
nomen non origine Græcum est, ut Proclus putavit,
sed effectum ex Hebr. Japhet, qui filius fuit Noachi
unā servatus cum patre & fratribus ex diluvio. Ipse
vero Deucalion Græcorum, qui respondet Noacho,
pro Thubalis nomine inductus est. Nam θ in δ sæpe
transit apud Græcos, ut *Ἰσθμὸς* & *Ἰσθμὸς*. β item & π
facile inter se permutantur. Sic *Βορβορὸν* & *Περσέων*,
apud Hesychium, de quibus Salmasium vide in lib.
de Dialectis. *πυρρὸν*.) Propriè de navium jactura ac
submersione dicitur, hic pro diluvio accipitur, quo
universum genus humanum sub aquis demersum pe-
riit, quam propterea differentiz causa *μεγάλη ναυα-
γία* appellat Lucianus in Dialogo *ἑρμῆος καὶ ἑρμῆος*. Ci-
cero, *navfragium* Reipubl. eadem translatione dixit. *ἡ
ἡ Διὸς*. hoc est, Deucalionis tempore vel ætate,
ἡ τῆς *ἡ* *ἡ*, ut alibi loquitur Lucianus. *ἡ ἀνθρώ-
πων*.) Sic loquuntur Græci, cum repente quid fa-
ctum dicunt, *ἡ ἀνθρώπων*, ut Suidas interpretatur. nam
ἡ ἀνθρώπων propriè de capillis dicitur, quod ita exiguum
est,

est, ut præ exiguitate non possit *καίρειν*, hoc est, conderi. *καθερχίαν ἀνάειν*.) Universale igitur diluvium fuisse innuit. *καθερχίαν* dicitur à *καθ' τὸ ὑδάτος βυθίζειν*, sub aqua mergi. à *βέρχω* deducit Eustathius, id est, strido. Stephanus Etymologum secutus à *βέρχω*, quod est, irriigo. aliàs à *βυθίς* dici possit, quā *βύθιον*, quod etymon indicare videtur Hesychius. *καθερχίαν*.) Hoc addit Lucianus, quo significet, ita eos fuisse demersos, ut nunquam emergerint. nam *τὸ καθερχίαν*, est *subire fundum*, cui opponitur *ἀναδύειν*, vel *ἀνακέναν*, *ex aquis emergere*, vel *emicare*. *αὐτὸν*.) Propriè arculam sonat. hic scaphulam ita vocat, in qua Deucalion cum uxore servatus fuit. *parvam ratem* appellat Ovid. ut, *parva rate vinctus adhesit*. 1. Metamorph. Eadem ratione arca Noæ, quæ Hebr. *תִּיבָה*, à septuaginta interpretibus Græcè vertitur *καταρὶς*, Genes. 6. & alibi, ob similitudinem quam habebat cum cista. Unde videmus Deucalioneum illud diluvium, idem esse quod Noachi, quo tempore divina providentia in arca servatus fuit cum uxore, filiis, & nuri- bus, ut esset generis humani seminarium. *καταρὶς*.) *qua appulit*. De navibus propriè dicitur littus aut portum subeuntibus, ab *ἐνίμα*, vel *ἐνίμα τὸ πῦρ* teste Eustathio, à quo Latinum *cello*, cujus composita in usu. *τῷ Λυκαρίῳ*.) Mons sive locus est ad quem appulit scapha. Scribit Pausanias in Phocicis, Lycoream urbem conditam in Parnassi summitate ab iis, qui in Deucalionis alluvione luporum ululatibus, (*τῷ λόνῳ ἀπυγῆς*) servati sunt, ut eo nomine vel ipse Parnassus, vel pars ejus intelligatur. Nam & Ovidius Parnassum fuisse ait, montem Phocidis, in quem ab undis tutum Deucalion & Pyrrha se receperunt. Verùm ex narratione Mosàica, mons, in quo resedit arca,

unus

unus fuisse dicitur montium Ararati, id est, majoris Armeniæ, quem Chaldæus paraphrastes appellat *Kardu*, Epiphanius *ἀράραρ*, hoc est, *locum descensionis*, sic forte dictum à situ, quod in omnes partes ex eo Noah cum suis descenderit post desiccata[m] terram, ut notat Junius ad 8. Genes. qui & hoc addit, montem fuisse omnium in illo tractu editissimum. ζῶπυος π.) Eleganter sit vocat humani generis reliquias: quemadmodum & Plato ζῶπυος τῶ ἀνθρώπου γένους appellat eos, qui ex diluvio servati sunt, quasi igniculos quosdam ad humanum genus aquis extinctum, suscitandum relictos. lib. 3. de legib. Est propriè τὸ ζῶπυος, suscitabulum ignis seu reliquię ignis sopiti & cineribus obruti, quod Homerus vocat *αἰετός πυρός*. Hoc autem servatur ad ignem accendendum, quum usus exigit. αἰς ἐπιγινώσκω, &c.) Eo humanę naturę pravitatem indicat à bono sensim in pejus vergentis, quemadmodum hoc quatuor suis ætatibus scitè præfigurant poëtæ. Sic auream ætatem excepit argentea, argenteam ænea, hanc ferrea, desciscente paulatim à primævo innocentię statu mortalium genere. Quò similiter respexit Horat. Carm. lib. 3. Od. 6.

Ætas parentum pejor avis tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosiore[m].

Quos versus ex Arato transtulit Lyricorum princeps.

Τοι γὰρ τοι ἀκόλαστα
τ' ῥαθυμίας πέπιχθεα
καμίζῃ παρ' αὐτῶν, ὅτε
θύοντ' ἐπὶ σοι πῖδες,

Quare dignum socordia premium ab illis reportas, cum nemo jam tibi sacra faciat, nec

ὅτε

ἔπ' ἐφαιῶντο, εἰ coronas offerat, nisi siquis
 μή τις ἄρα παρέργον obiter in Olympiis : qui
 ὀλυμπίων. καὶ ἔτ', εἰ quidem non admodum ne-
 πάνυ ἀναγκαῖα ποιῆν cessariam rem facere sibi
 δοκῶν, ἀλλ' εἰς εἶθ' videatur, sed priscum
 τι δ' ἑκαῖον συνπλῶν.. quendam ritum observa-
 καὶ κατ' ὀλίγον Κρόνον re : ac pene Saturnum, ὁ
 σὺ θεῶν γηραιότατε, Deorum generosissime, te
 ἀποφαίνεσι, παρωσα- reddunt, magistratu amo-
 μδροι τ' πμῆς. ventes.

Concludit Iovem ob hanc suam in vindicandis sce-
 leribus lentitudinem & vācordiam meritò despici, cul-
 tumque ejus negligi. τὰ π' ἔχουσιν) pro, τὰ ἐπ' ἔχουσιν, cujus
 singulare, licet minùs usitatum legitur apud Hesych.
 exponiturque ἀντιπόδ' ἔστι, retributio, merces, præmium,
 quasi τὸ δ' ἀπὸ τῶν ἑργῶν κέρδ' ἔστι, lucrum quod procedit ex
 operibus manuum, & propriè operariorum est, qui
 ἑργαῖοι καὶ δ' ἀπὸ ἑργῶν ἔστι, vocantur apud bonos aucto-
 res. Abutuntur ea voce qui *pænam* interpretantur. ἔπ'
 ἐφαιῶντο) Hic notandus veterum ritus, qui non
 modò Diis suis sacrificabant, sed & simulacra eorum
 fertis coronabant, quæ subinde renovabant æditui, eo
 significantes virtutem divinam non marcescere, sed
 potentem semper & efficacem permanere. Quod Iovi
 imprimis fiebat ex olea vel quercu. Unde factum, ut
 invicem inter se hæc arbores inimicitias exercere dicantur.
 Phurmutus tamen oliva tantùm Iovis statuat coronari solitam ait, quod ea sit semper virens, & pinguis
 multæque utilitatis, itemque glauci coloris & cœlestis
 simi-

similitudinem referre videatur. ὁ Ἰωνεύων.) Lucianus in compellationibus ὁ Ἰωνεύων vocem ferè per illusionem usurpat. Sic infra, ὁ Ἰωνεύων, ὁ γὰρ, ὁ τὰς, & similia. Κρόνον δάσφαινον.) *Saturnum reddunt*, hoc est, imperio abdicant, ut patri Saturno fecisti, οἷα καὶ τὸ ἰδούρας τὸ Κρόνον, inquit Prometheus ad Jovem in primo dialogo Deorum. Tacitè Jovem perduellionis accusat. Dicitur in insula Creta regnasse Saturnus, qui cùm ex oraculo didicisset fore, ut à filiis regno expelleretur, & ob hoc Jovi insidias strueret, ab eo regno pulsus in Italiam profugit, ubi aliquamdiu apud Janum regem latuisse fertur. Unde & illi nomen, non a satione, quod agriculturam docuerit primus, sed ab Hebræo קַנַּן, quod est latere. & terra, quæ prius dicta est *Saturnia*, post etiam *Latium* appellata fuit, quod *his latuisset in oris*, ut Maro loquitur. τὸ δάσφαινον dixit, ἀντὶ τοῦ ποιῶν. Sic paulo post, δάσφαινον, pro δάσφαινον. vide Budæum. παρυσάμφοι. imperio abdicantes, vel *abdicatum*, pro ἀπαρυσάμφοι. Τιμῆς nomine imperium designatur, ἡ δὲ χάρις, per excellentiam. Primus enim post Deos honor debetur Magistratui.

Ἐὼ λέγειν ὁποσάκις	<i>Omitto dicere, quoties</i>
ἤδη σε τὸ νεὼν σεβυλή-	<i>jam templum tuum sacri-</i>
καζιν. οἱ γὰρ, καὶ αὐτῷ σοι	<i>legio compilarint : quum</i>
τὰς χεῖρας ἐλυμπιάσιν	<i>tibi etiam ipsi manus in</i>
ὀπιθεβλήκασι.	<i>Olympiacis admoliti sunt.</i>

Aliud ignaviæ consequens notat Timon, sacrilegorum nempe projectam audaciam, qui deposito omni metu Iovi ipsi manus injicere non verecundantur, neque

neque templum ejus compilare. Eadem conqueritur Juvenalis Sat. 13.

*Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.*

An dubitet solitus totum conflare Tonantem?

Legitur de Dionysio Siciliae tyranno, ut alios mittam, quod Iovi Olympio detraxerit magni ponderis aureum amiculum, quo cum Hieron è manubiis Carthaginensium ornaveratur: proque detracto aureo laneum illi pallium injecerit, ita cavillans: *aureum amiculum æstate grave est: hyeme frigidum, laneum ad utrumque anni tempus accommodatius.* Idem victorias aureas, pateras & coronas, quæ porrectis manibus simulacra sustinebant, velut offerentia tollebat, dicens, *se oblata accipere, non eripere.* Quin Locris etiam Proserpinæ templo, quod ibi nobilissimum & opulentissimum erat, per avaritiam spoliato, mox cum per altum secundo vento classis illius proveheretur, ridens amicis: *videtisne*, inquit, *quàm prospera navigatio ab ipsis Diis immortalibus detur sacrilegis?* ex eo colligens, aut non esse Deos, aut illis non esse molesta sacrilegia. Vide Iustinum lib. 21. Sueton. in Calig. cap. 22. & Valer. Maximum lib. memorabil. 1. cap. 2. σι(υλῆς σι.) Cicero, *sana depeculari* dixit, nimirum furandis sacris. σύλην spoliū, à quo σπύλον interposito π. Unde Latinis *spoliū*, & σπυλῆς, *spolio*. Ὀλυμπία(ς) adverbium τεταροχεν esse volunt. alibi dixit, ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις, in Olympiacis scil. certaminibus. Ὀλυμπία pro Olympico certamine. Cum de Olympiade aut victoria Olympica sermo est, penultimam circumflectendam esse docet Aristophanis Scholiast. in Vespis. Lucianus hic sub persona Timonis fictitium Iovis Numen, aliorumque Deorum, subfannat,

fannat, quasi non Deos esse censens, sed effigies tantum & idola sui seculi hominum, quorum fana nihil aliud essent quàm profana cacodæmonum habitacula. Ger-tes en. ut magnus docet Apostolus, *ὅτι οὐδὲ τις θεὸς, οὐδέ-λατρεῖ τῷ μὴ φύσει ᾄοντι θεῷ*, hoc est, *τοῖς δαιμονίοις*, vel, *τοῖς κτίσμασι παρὰ τὸ πνεῦμα*, ut alibi loquitur.

Καὶ οὐδ' ὁ ὑψιβε-
μέτης ὠκνησας, ἢ αὐα-
γήσας ὅτ' κύνες, ἢ τὰς
γείτονας Ἰπικαλέου-
σιν, ὡς βοηδρομήσου-
τες, αὐτὰς συλλάβοιεν,
ἐπὶ συσκευαζομένης περὶ τὴν φυγὴν.

*Interea tu altifremus
ille, adeo piger fuisti, ut
neque canes excitaris, ne-
que vicinos advocaris, qui
opitulantes tibi illos com-
prehenderent, cum adhuc
ad fugam se compararent.*

Illudit Iovi, ut supra, quod officio suo desit in ulci-
scendis perjuris & sacrilegis. Sic & ille apud Iuvenalē.
*Audis Iupiter hac? nec labra moves, cum mittere vocem De-
bueras, vel marmoreus vel abeneus?* unde statim infert. *Ut
video, nullum discrimen habendum est Effigies inter vestras
statuamque Batulli.* Merito Chrysostomus in homilia
quadam tales corripit his verbis: *ὅτι σκηπτός ἀνὴρ ὅτι
ἔχει, ὅτι ὑπάρχει ἀναίστηται*, ἔσθρας κατέχων τὸ θεόν, ἵνα
λάχαια λάβῃς, ἵνα ὑποδύμῃς. Dei longanimitas ad con-
temptum sui profanos homines allicit, quæ ad resipi-
scentiam eos ducere debebat. Epitheto rursus poetico
per ludibrium utitur, quo Iovem insignit Homerus,
ὑψιβερέμετον ipsum appellans, quasi ὑψὺ βερέμενον ἔχον
βερέμενον, quod in alto tonet. *ἀναγῆσθαι τοὺς κύνες*) Ni-
mirum, qui fures latratu suo vel prodant: vel fugien-
tes arripiant. Ut fidei, sic & vigilantiae symbolum canis.
Unde

Vnde Lucretius : *Et levisomna canum fido cum pectore corda*. Canes intelligit *δινυρὸς*, h. e. ædium custodiæ præfectos. *βοηδρομίαις*) Proprie usurpatur de iis, qui ad clamorem alicujus accurrunt petulantis ac quiritantis : vel potius, qui sublato clamore, ut in pugna fieri solet, festinanter succurrunt. Ab Hesychio τὰ βοηδρομαῖν exponitur *ῥῆτι ἀνδρῶν παρεγίνεσθαι*. Hinc factum *βοηδρομία* apud Athenienses, quod auxilio illis venisset Ion, eum ab Eumolpo invaderentur, quanquam Plutarchus in Theseo, festi causam a bello contra Amazonas gesto deducat, quod eas Theseus mense Boëdromionis factâ Apollini re divina, profligasset. unde & *βοηδρομίων Ἀπόμωνια* coluerunt, cujus meminit Callimachus in hymnis.

Ἀλλ' ὁ γιγαντῶν, καὶ
 γιγαντοκτόν, καὶ τιτανο-
 κροτοῦ, ἐκείνου, τὸς
 πολοκάμους περικέμε-
 νος ὑπὸ αὐτῶν, διε-
 κάρηχυν κεραυνὸν ἑ-
 χων ἐν τῇ δεξιᾷ.

*Sed generosus ille, gi-
 gantum extinctor, & Ti-
 tanum victor sedebas, ful-
 men decemcubitale dextra
 tenens, quum tibi caesa-
 ries ab illis circumtonde-
 retur.*

Ἀναιδής præterea seu stuporem exprobrat Iovi. quasi dicat: Egregius scilicet Gigantum extinctor es, & Titanum debellator, qui sic impune tibi ludos fieri pateris ab improbis. Rursum epithetis uritur poetis ad irrisionem. *Γιγαντοκτοῦ* dictus Iupiter, quod Gigantes Titani Terræque filios in ipsum insurgentes debellavit, *παρὰ τὸ ἐλέγειν τὸν γίγαντα*. Callimachus eum scitè vocat *πληρογόνον ἰλατῆρα* i. e. *Terrigenarum depul-*

forem. de quo sic Horat. lib. 3. od. 4. *Scimus ut impios Titanas immanemque turbam Fulmine sustulerit caduco.* Et Od. 1. *Reges in ipsos imperium est Iovis Clari Giganteo triumpho, Cuncta supercilio moventis.* *ἄλκιμονός τε*) Proverbio dicitur. Nam id lusus gratia fieri solet itupidis, ut eis non sentientibus coma circumtondeatur, quemadmodum & pueris fieri suevit, quibus olim in circuitum tondebantur crines, teste Salmasio. Nos Belgæ similiter *scheeren* dicimus, pro deridere. Romani *barbam alicui vellere* pro eodem usurpant. Persius sat. 2. *Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam Iupiter?* quo summum ejus contemptum & ludibrium significat Sattyrus. Vitur & eo loquendi genere Lucianus in Pseudomante. *δινάπηχος καρυὸν*) *fulmen decemcubitale*, hoc est, prægrande & terrificum. cujus vastitatem describit Ovidius in Fast. *Iupiter angusta vix totus stabat in ade, Inque Iovis dextrâ fictile fulmen erat.* Statuam Iovis designat & fulmen, quæ tanta erant ut vix ædícula caperet. *πῦχος* autem cubitus. Cubitum accipe pro mensura, qui vel major vel minor est. Major novem pedes continebat. Vnde *ἀνὰ τριχαιδικάπηχος* apud Theocritum pro portentosæ magnitudinis viro.

Ταῦτα πίνω ὦ θαν-
μάσι, πλῆϊκα παύσει)
ἔτως ἀμελῶς παρορώ-
μῃα: ἥ ποτε καλᾶς
τῷ ποσὶ τῷ ἀδικίαν;
ποσὶ φαέθοντες, ἢ Δε-
καλίαντες ἱκανοὶ πῶς

Hæc igitur, ô præcla-
re, quando tam securè de-
spicere desines? quando de
tantis maleficiis pœnas su-
mes? Quot Phaëthontes,
aut Deucaliones satis ido-
nei sint ad expiandum tam

ἔτως

ἔτως ὑπεραντλον ὕ- *inexhaustam morum im-*
 βειν & βίη ; . *probitatem?*

Hæc συμπίεσις continent superiorum, in quibus hortatur Iovem, ut tandem evigilet, & insignem adeo contumeliam debitis suppliciis vindicet. Supinam ejus securitatem figurata oratione perstringit, tanquam efficaciori, ὡς ἰσομήσει) ut supra, ὡς γυναιόεσσι per illusionem. ὑπεραντλον ὕβειν) Sic venustè appellatur inexhausta & nullis febris expianda iniquitas, sumptâ translatione a navi cujus sentina exundat teste Budæo. ὑ-
 τλον en. *sentina*. Hominum profanitatē indicat, cum tantam esse ait, ut ad eam eluendam nulli Phaëthon-
 tes, vel Deucaliones, hoc est, nulla incendia vel di-
 luvia, quanta illorum temporibus fuere, suffecerint. Est hic, ut Rhetorici magistri loquuntur, metonymia sub-
 jecti pro adjuncto.

ἵνα γὰρ τὰ κατὰ ἑα-
 σους, ταῖμα εἶπω, το-
 σούτης Ἀθηναίων εἰς ὕ-
 ψος ἄρας, & πλε-
 σίς ἐκ πενεσάτων ἀπο-
 φήνας, καὶ πᾶσι τοῖς δεο-
 μένοις ὁπικυρήσεις,
 μᾶλλον ὃ ἀθρόον ἐς
 δαργασίαν τῶν φίλων
 ἐκχέας τὸ πλεον, ἐπε-
 δὴ πένης διὰ ταῦτα

Etenim ut communi-
 bus omissis, de meis verba
 faciam. Ex quo tam mul-
 tos ex Atheniensibus in su-
 blime exexi, & divites ex
 pauperrimis reddidi, &
 omnibus egenis opem tuli,
 imò affatim, ut amicis be-
 nefacerem, universas opes
 effudi, & propterea pau-
 per evasi, jam ne agnoscor
 quidem ab illis, nec aspi-

ἐγχομέλω, ὥς ἐπὶ ἔδῃ *cere dignantur me, qui an-*
 γνωρίζομαι πρὸς αὐ- *tea reverebantur, adora-*
 τῶν, ἅτε προσβλέπου- *bant, meoque de nutu pen-*
 σιν οἱ πῶς ὑποπλήσον- *debant.*
 τις, ἔπερσκειν ἔντες, καὶ ἔμῃ *νεύματι*
ἀνερτημένοι.

Transit Timon a generali querela ad specialem, hoc est, a thesi ad hypothesis. Primum de ingratitude conqueritur multorum Atheniensium, quos ad honores & opes suo beneficio evexerat. *ἐκχίμαι τὰ πλεῖστα*) Profusam in juvandis amicis liberalitatem indicat quam *φιλοφροσύνη* καὶ πρὸς τοὺς διομένους ἅπαντας εἰχῶν infra vocat: Mercurius *ἐὐφροσύνη* potius interpretandam esse censet. Cicero: *Multi effuderunt patrimonium inconsultè largiendo.* ἀφροσύνη vocat universas opes quasi confertim & in unum congestas, cui opponunt Græci τὴν *μίσειν*. ἔδῃ γνωρίζομαι) In sequentibus characterissimum habemus perelegantem amicitiae fucatæ & sola utilitatis gratia inite. Nam sic plerumque fit, ut qui solius commodi causa alterum sectantur & amant, cessante comodo amicum deferant, quæ vera amicitia non est, quam τὴν *βέλαιαν* esse vult Aristoteles lib. 7 Moral. eamque virtute conciliandam docet, quæ sola stabilis est. Egregiè Xenophon lib. 4 de rebus Græcorum. καὶ γὰρ τὸ ἐν ταῖς ἐκπεσέλαις πρὸς φαίνομα, ἔδῃ γνωρίζομαι, ὅταν οἱ ἕκαστος ἐν συμφορῇ ἡγομένην φίλον βέλαιον φαίνοσι, τῷ εἰς τὴν ἅπαντα χρόνον μεμνημένοι). Non est mirum, inquit, in rebus secundis aliquos fideles reperiri: at ubi aliqui in eorum rebus adversis constantes & firmi reperti fuerint, qui antea fuerint amici, hoc perpetua

homini-

hominum sermone celebratur & sempiterna eorum memoria mandatur. *ὑπερβόλον*.) De aviculis propriè dici vult Eustarh. ad conspectum aquilæ, vel accipitris sese occultantibus & trepidantibus. pro, revereri hic accipitur. *ὑπερβόλον*) quod adulationis abjectissimæ signum est. Sic miles ille gloriosus apud Athen. lib. 15. *πάντες*, inquit, *πρὸ γένου πειθέμενοι ἑμὸν, ἢ μὲν κωϊόνη διαπίσαν, ἢ μέγαν βασιλέα καλῶν*, hoc est: Omnes ad genus mihi accidentes me pro hero adorant, & magnum regem me vocant. ubi *κωϊόνη* pro *κωϊῶνι* Dorum more, & simplex pro composito usurpatum. Est autem τὸ *ὑπερβόλον*, ad genua alicujus procidere, vel genua osculari, qui honor non solum Diis, sed & regibus olim exhibitus. Solebant antiquitus subditi principum suorum genua osculari, non manum aut faciem, quod ἱεροπρεπὲς erat & inter se parium. *ὅτι ἐν δ' ἑμῶν ἀντιπροσώπων*) Sic dicuntur qui ex nutu pendent alterius, quo summa alicujus potentia & obsequium alterius indicatur. Plutarchus de Othone: *πάντες ἦσαν πρὸς αὐτὸν ἀντιπροσώποι τῆς ὀψέως*. id est, Omnes in eum versi erant, nutum ejus expectantes, & ex nutu ejus pendentes. Multum est, verbo efficere, quod velis: at plus est, idem efficere nutu. Plinius lib. epistol. 1. ad Octavium Rufum indicat, hoc sumptum esse ex Homero, qui fingit Jovem solo nutu probare, aut rejicere hominum vota. Verba Plinii sunt: *Vide, in quo me fastigio collocaris, quum mihi idem potestatis, idemque regni dederis, quod Homerus Iovi Opt. Max. Τῷ δ' ἱππεὺς μὲν ἰδὼν πατρὶος, ἱππεὺς δ' ἀνιδύων*.

Ἄλλ' ὡς πρὸς καὶ ὅ- Quod si quando per
δὲ βαδίζων ἐνύχοιμι viam ingrediens, forte for-

πρὶ αὐτῶν, ὥσπερ πρὸς
 σήλῳ παλαιῷ νεκροῦ
 ὑπῆλθον, ὑπὸ ἔχθρον
 ἀναίετρα μὲν πα-
 ρέρχον, μηδὲ ἀνα-
 γνόντες.

tuna in eorum quempiam
 incidero, perinde ut ever-
 sum hominis jam olim de-
 functi cippum, ac tempo-
 ris longitudine, collapsum
 prætereunt, quasi ne norint
 quidem.

Pergit in amplificanda personatorum amicorum,
 descriptione, quorum mos est, rebus amicorum acci-
 sis & afflictis, divitiisque vel consumptis atque exhaui-
 stis, vel casu aliquo amissis, diffugere, eosque si forte
 in via offendant, præterire, quasi ne viderint, vel norint
 quidem. Verè Petronius:

Nomen amicitia, si quatenus expedit, hæret,

Calculus in tabula mobile ducit opus.

Quum fortuna manet, vultum servatis amici:

Cum cecidit, turpi vertitis ora fugâ.

Eandem cum Timone nostro sortem expertus Naso,
 qui sic de seipso:

En ego non paucis quondam munitus amicis:

Dum flavit velis aura secunda meis:

Vt fera terribili tumuerunt aquora vento,

In mediis lacera puppe relinquer aquis.

ὥσπερ σήλῳ) Suidas σήλῳ esse dicit lapidem aut æs
 in altum erectum figura quadrata: apud quem diver-
 forum illustrium virorum ac foëminarum statuæ com-
 memorantur. Cippum intelligit Lucianus, cum σήλῳ
 vocat παλαιῷ νεκρῷ, quod proverbii speciem habet.
 Erectas regum Principumve recentes adhuc statuas
 cum admiratione intuemur, & honore afficimus: col-
 lapsas verò & præ vetustate dejectas ne adspicere
 quidem

quidem dignamur, sed neglectas contemptasque præterimus. Quod & Ovidius alia similitudine declarat, cùm de fictis amicis inquit:

Adspicis ut veniant ad candida testæ columba:

Accipiat nullas sordida turris aves.

ὑπερίστων vocat resupinam, id est, retrorsum vergentem statuam, & quasi in posteriora versam. *ὑπὲρ* & *πρὸς* inter se opponuntur, ut supinus & pronus apud Latinos, quod utrumque è Græco factum. In ejusmodi homines quadrat, quod de Dionysio olim dicebat Diogenes: nam interrogatus, quomodo amicis suis uteretur Dionysius? *ut vasculis*, ait: *dum plena sunt, evacuat: vacua rejicit.* Multi Solem orientem, ut proverbio dicitur, adorant: occidentem pauci, quod in ore habebat Pompejus, cum Cinnæ minaretur exitium, ut scribit Plutarchus.

Οἱ γὰρ, καὶ πρῶτον
ιδόντες, ἐπὶ τὴν ἐκτρέ-
πον, δυσάνηκτον, καὶ
ἀποτρέπον ἵαμα ὀ-
ψεῶς ὑπολαμβάνον-
τες, τὸν ἑαυτοῦ πολλῶν
σωτῆρα, καὶ ἀεργέτην
αὐτῶν γενημένον.

Porro alii procul con-
specto me, aliò sese detor-
quent existimantes sese in-
auspicatum, abominan-
dumque visuros spectacu-
lum, quem non ita pri-
dem servatorem, & de
se bene meritum prædica-
bant.

Alius character simulatæ amicitiae, *ἐπὶ τὴν ἐκτρέπον* (scil. *ιδόν*). Theognis meritò damnat eos, qui *μέχρ' αὖ σιγήσιν*, id est, salute tenus sunt amici, quid dictu-
rus de his, qui congressu, imò ne adspectu quidem bene de se meritum dignantur? De talibus item Justus

queritur apud Aristophanem in Pluto: *Καὶ γὰρ ῥῆ' ἔμην, ὡς τίς τις Διεργίττου διορῶντος, ἔχων φίλους ὄντως βεβαίους, εἰ διαθήλην ποτὶ τοὺς εἰς ἐξίτητον καὶ ἐδ' οὐκ ἐκείνους ἔχοντες*. id est, *Ego quidem spem firmam conceperam eos, quos mihi demeruissem beneficiis, si quando mala fors ferret, ut indigerem ipse, mihi amicos fore certissimos. At illi sicubi occurrebant in via, protinus in aliam deflectebant: nec videbantur videre me.*

1. e fingebant se me non videre: vel oculis aliò conversis transmittabant me, paulum via decedentes. *δοσάντην δίαμα*) Festivè. nam paupertas vulgò probrosa ducitur, & res inauspicata turpisque, præsertim avaris, cujusmodi fuit Staberius ille apud Horat. Satyr. lib. 3. qui, *quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium*. Verè Euripides in Medea. *Πένθη φάσαι πᾶς πρὸς ἐκπῶν φίλον*, id est, *Fugit omnis amicus longè amicum pauperem*. Chrysostomus in epist. ad Hebræos postquam magnificè paupertatem dilaudasset, mox subdit: *τάχα πρὸς τὸ οὐκ εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ πλούτου τὸ χρημάτων ἢ τοῦ πένους*. Significat disertissimus pater, vulgus imperitum sermones de re quam detestabatur, cujusmodi est paupertas, mali omnis loco habuisse. *δοσάντην*. vocat, cui occurrere malum sit ac periculosum, qualia erant apud Veteres, *ater canis, anguis per impluvium decedens, parra, vel fata mula, athiops in tenebris obviam factus, & similia*. Hoc si contigisset, precibus & ceremoniis sive sacrificiis quibusdam superstitiosi homines expiabant, ut ea ratione malum, quod portendebant ejusmodi monstra, ab ipsis averteretur. Unde *ἀποτρῴαια θεάματα* sunt visiones truculentæ & averfandæ: & Dii *ἀποτρῴαι* dicebantur, qui diras & mala istiusmodi ab hominibus amoliri credebantur: Latinis *Averrunci*, Persio *depellentes*. *Diis depellentibus agnam percutit*, Satyr. 5.

Ὡς ἐπὶ τῷ κακῷ
 ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐχα-
 παὶν τραπόμην, ἐνα-
 ψάμην διφθέρην,
 ἐργάζομαι τῷ γλῶ,
 ὑπόμειν οὐδὲν
 πασάρων, τῇ ἐρημίᾳ,
 καὶ τῇ δίκῃ περὶ φιλοσοφῶν ἐνταῦθα.

Itaq; prementibus ma-
 lis ad extrema redactus
 consilia, rhenone indutus,
 terram exercēo quatuor
 conductus obolis, & cum
 solitudine, & ligone hic
 philosophor.

Sequitur conclusio superioris querelæ. Cum en-
 nimia sua benignitate, & eorum quos sibi amicos pu-
 tabat, turpi desertione ad egestatem redactus esset Ti-
 mon, fodiendæ terræ operam suam addicit, idque exi-
 gua mercede, ut habeat, unde vitam toleret. ἐπὶ ταύ-
 τῃ τῇ ἐχαπαὶν) Latè patet hoc vocabulum. hic ἐνα-
 ψάμην accipitur pro extrema necessitate, ut etiam apud
 Aristot. lib. 7. Polit. cap. 10. ἐναψάμην) Sic apud
 Aristoph. in Pace : διφθέρην ἐνερμήν, ubi scholiast,
 εἰς διδυμήν, ab ἐνάπτωμαι, induor. Erat diphthera, ve-
 lamen villosum humeros pectusque integens. ἀρνακίδα
 vocat Aristophanes. Vnde apud Varronem arnacia,
 ἀπὸ τῶ ἀγνῶν, ab agninis pellibus, pro quo corruptè apud
 Nonium legitur parnacia. μηλωτὴν vel αὔγων δέμας in-
 terpretatur Apostolus ad Hebr. cap. 11. De Iohanne
 Baptista memoratur Matth. 3. quod pro molli vesti-
 mento exuvias cameli gestarit. Cum ratio ii. saniunt,
 qui vestem fuisse putant, quam vulgò iticam ap-
 pellamus. ἐργάζομαι τῷ γλῶ. Hesiodus que γλαύ-
 χῳ ἐργάζεσθαι, de mari dixit. verbum gene est, ut &
 nomen ἐργῶν. hinc ἐργάζεσθαι pro agricolis, quæ ἐργασ-
 ται. Et χεῖμα δύνειν, id est, hyems operibus rusticis
 minus

minus apta, apud Bionem in Bucolicis. Festivè inquit τῇ ἱμερίᾳ καὶ τῇ δικίᾳ φιλοσοφῶν. sic & Cleanthes cum ligone & situla generose philosophatus est, qui ut vitam toleraret, non modò terram fodiebat, ut Timon noster, sed & noctu aquam hauriebat. Vnde pro Cleanthe φρεάντης dictus, quasi puteos hauriens. Docere etiam voluit Timon, rerum contemplationi convenientem esse eremum, & laboriosam paupertatem ignavæ præferendam opulentiae.

Τῷ το γοῦν μοι δοκῶ	<i>Hac interim lucri miki</i>
κερδανεῖν, μηκέτι ὅψε-	<i>videor facturus, quod non</i>
αυ πολλὰς ὡς πλὴν	<i>amplius intuebor pleros-</i>
αξίας εὖ πράττοντας.	<i>que præter meritum feli-</i>
αιαρότερον γὰρ τῷτό	<i>ces; illud enim est per-</i>
γε.	<i>quam molestum.</i>

Et si durum sit, terram fodere, tamen ex agricultura id commodi se percepturum ait Timon, ne posthac ruri degens intueri cogatur lætos improborum successus. Cordolium quippe est viris bonis videre nefarios homines præter virtutis meritum summis in urbe honoribus potiri, & opibus affluere, cum ex præscripto justitiæ bonis bene: malis malè esse oporteat. Hinc Chremylus jure dolet apud Aristophanem in Pluto: ἐγὼ, inquit, θεοὶ καὶ δίκαιοι ὡς ἄνθρωποι ἔργασι, καὶ πεινῶν. ἔπειτα δὲ πλεῖστον ἐργασίαι, ῥήτραι καὶ συκοφαντίαι καὶ πορνεία, id est, Ego cum vir essem pius & justus, in egestate & summa penuria versabar. At alii ditescabant nequam homines, sacrilegi, sycophantæ, improbi. ἀναιδέτατοι. ἢ φέρειν, vel συγκατακτὸν ἀντι τῷ ὑπερβλήντι positum, quod

quod Græcis non est insolens. Pererius , *perquam molestum est*. Erasmus. *hoc vel maximè urit* , Latini sermonis elegantiam secutus. Et profectò justus est ille dolor, & ab invidia plurimum distat , cum ægrè ferimus feliciter agere eos , qui id non merentur. *ῥίμσις* vocant Græci, *indignationem* Latini. Vnde Tullius ad Cælium. *Sed planè gaudeo , quoniam τὸ νεισιῶν interest τῷ φθινῶν*. Nam indignatio fertur in indignum : invidia in æqualem aut similem .

Ἦδη ποτὶ ἔν ᾧ κρό-
νῳ, καὶ Ρέας ἡἷ, τὸ βα-
θύν τῆτον ὑπὸν ὀποσφ-
σάμῳ, καὶ νήδυμον,
ὑπὲρ τὸ Επιμνίδειον
γὰρ κεκοίμησαι, καὶ ἀ-
ναρρίπισαι τὸ κεραιῶν,
ἢ ἐκ τὸ Οἴτης ἐναύσά-
μῳ, μεγάλῳ ποιή-
σαι πλὴν φλόγα, Ἰπι-
δείξαις τινα χολῶν αἰ-
δρωδῶν, καὶ νεανικῶ
Διὸς, εἰ μὴ ἀληθῆ ἐστὶ
πὰ ὑπὸ Κρητῶν πρὸς σὺ, καὶ τὸ σῆς παφῆς μυθο-
λογάμῳ.

Iam igitur tandem ali-
quando, Saturni & Rhee
proles , excusso profundo
isto, graviq; somno (lon-
giorem enim quàm Epime-
nides dormidisti) denuo
vibrato fulmine , aut ex
Oeta redaccenso , ingenti
excitata flamma, iram a-
liquam strenui illius ac ju-
venilis Iovis ostende, nisi
vera sint ea quæ de te tua-
que sepultura Cretenses fa-
bulantur .

Sequitur exhortatio , qua Iovem exstimulat , ut ex-
cusso tandem profundo illo gravique somno expergi-
scatur,

de eodem: *πάπῃ*, inquit, *βασιλεὺς καὶ φίλων*. scil. *ἐλὼ δλαιῶν*, i. e. alte ligonem dimittens vel adigens in terram. Laborantem en. viderat Timonem & gnauiter fodientem Iupiter.

Ερ. ἔγωγε μὲν εἰ-
πεῖν, χρηστότης ἐπίτρε-
ψεν αὐτὸν, καὶ φιλαν-
θρωπία, καὶ ὁ πρὸς τοῦ
δλειομένου ἀπαντὰς οἰκ-
τοῦ. ὡς γὰρ ἀληθεῖ λό-
γῳ, ἀννοία, καὶ ἀνείθεια,
καὶ ἀκερμαία πρὸς τὰς
φίλους. ὅς ἔστωσι καὶ
εἰς, καὶ λύκοις καὶ
ζῴων. ἀλλὰ ὑπὸ
γυπῶν πύλων ὁ κακῶ-
δαίμων κερδομῶν πρὸς
ἡμᾶς, φίλος εἶναι αὐ-
τὸς, καὶ ἑταῖρος ὡς
ὑπὸ ἀννοίας τὸ πρὸς αὐτὸν, χαίροντας τῇ βροτῇ.

Merc. Illum, ut ita
dicam, probitas evertit,
& humanitas, atque in
omnes egenos misericor-
dia, vel reuera recordia
potius, facilitas, nullus-
que in suscipiendis amicis
delectus, quippe qui neu-
tiquam intellexerit sese
corvis lupisque largiri.
Quin magis cum a vultu-
ribus tam multis misero
secur eroderetur, ob id
amicos & fedales judica-
bat, quasi epulis gaude-
rent, quod erga sese bene-
volentia afficerentur.

Respondet iterum Iovi Mercurius, & profusam
Timonis largitionem, quam sine delectu erga quos-
vis exercuit, egestatis causam esse dicit. *ἔγωγε μὲν*)
Singularis infinitivi constructio. Aliquando sine iofi-
ως ἀληθὲς λόγῳ, ut verè dicam, quod statim sequi-

a) Sic dicitur morum simplicitas, & iocunditas
appel-

appellant Græci homines morum simplicitate præditos, qui cum incauti esse solent, & facile decipi, hinc factum, ut vâcordes & fatuos hoc nomine significant. Galen. in Comm. ad Hippocrat. prognost. Εὐδαίμωνος ἀνθρώποι λίγροι, ὅμοι' καὶ οἱ κακὴν εὐδαίμονος ἐπιμαρτυροῦντι, καὶ δάπτει ἐπίθουντο. Κακίας. λίγροι, ὅμοι' καὶ οἱ ἐπαινετὸν ἔχοντες τὸ εὖ. ἀλλὰ τῷ ὅμοι' πρῶτον παντοῖαν χρῆσιν ἐν παντὶ τοῖς ἔμοι' ἔστι δὲ οὐτὶς παρρησιάζει. hinc & Lucianus εὐδαίμων καὶ ἀνοίκων conjunxit hoc loco. ἡ συνίκη χαλεπὸν ὄμοιον. Græca structura, pro χαρίζομαι, non intellexit se largiri. Docemur hic, in sumptibus faciendis modum esse servandum, nec semper, cuivis, ubivis & quavis de caussa dandum. Prudenter Cicero: *Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referanda, ut pateat omnibus.* Nam ut præclare dixit Ennius: *Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Quare veri amici a gnathonicis diligenter discernendi, ut nos docet Plutarchus in libello suo eruditissimo: πῶς ἂν τις διαγρίῃ τοὺς πόλκεας, ὅμοι' φίλων. Κορυβί, καὶ λύκους.*) Per corvos, lupos & vultures intelligit homines subdolos & rapaces, qui alienis opibus consumendis tantum intenti sunt; adulatōres, qui miserum hunc Timonem vivum videntemque, ut cum Terentio loquar, exederunt. Lucianus *vulturum* nomine etiam appellat testamentorum captatores. De quibus & Seneca in epist. 96. *Amicus egro assidet, probamus: et hoc si hereditatis caussa facit, vultur est, cadaver expectat.* Cum verò a tot vulturibus jecur erofum esse ait Timoni, alludit ad fabulam de Tityo, quem poëta fingunt apud inferos humi exporrectum jacere & jecur suum cum luna semper renascens uni vel duobus vulturibus exedendum præbere. de quo Homerus Oyss. λ. quem locum pari majestate sic transtulit Virgil. 6. *Æneid.* *Nec non*

Ἐ Tityon Terra omniparentis alumnium Cernere erat : per tota novem cui jugera corpus Porrigitur , rostroque immanis vultus adunco Immortale jecur tondens . Eleganter item ut poetæ illi, usus est verbo κείρειν, sive tondendi Lucianus Ἐμειβομένην, pro depasci vel dilaniare : τὸ δὲ ἡμεῖς ἐκείρειν dixit in Prometheo.

Οἱ γὰρ, τὰ ὅσα γυμνώ-
σαντες ἀκερβῶς, καὶ
ὑπερταγόντες, εἰ τις
Ἐμυελὸς ἐνὶ ῥῶ, ἐκμυ-
ζήσαντες καὶ τῶτον &
μάλα Ὀπιμελῶς, ὥ-
χοντο, αὐτὸν αὐτὸν, Ἐ
τὰς ῥίζας ὑποπετμη-
μένων ἀπολιπόντες, εἰδὲ
γνωρίζοντες ἐπὶ, εἰδὲ
προσβλέποντες. πόθεν
γὰρ, ἢ Ὀπικερῶντες, ἢ Ὀπιθιδόντες ἐν τῷ μέρει.

Illi verò postquam ossa
penitus nudassent, circum-
rosissēntque, deinde si qua
inerat medulla, hanc quo-
que admodum diligenter
exuxissent, abierunt, ex-
uccum, & radicitus suc-
cisum deferentes, adeo ut
non amplius agnoscant,
aut aspiciant, tantum abest
ut sint qui vicissim illi opi-
tulentur, & impertiant.

Extremam patasiorum ingluviem & Timonis ege-
starem designat similitudine desumpta ab avidè voran-
tibus, qui non tantum ossa denudant, circumrodunt-
que, sed & succum omnem & medullam penitus ex-
sugunt, quod est, τὸ μολὼν ἐκμυζῆν. Deinde & altera
comparatione utitur Mercurius ab hortulanis accep-
ta, qui non arborum ramos solum, sed una stirpem
incidunt, vel una cum radicibus tollunt, ne sit spes
ulla renascendi, quod in tyrannum aptabat olim Ale-
xander Magnus: κατὰ τὸν, inquit, μετὰ τὸν ὅτι ῥίζαν
ἐκτίμη-

ἐατίμωνος τὰ λάχανα, i. e. Olitorem odi, qui radicitus herbas convellit atque ab ima stirpe excidit. πόθιν γὰρ,) concilium dicendi genus, quod cum interrogatione pronunciarum negationis vim habet, q. d. Unde hoc fieri possit? vel, qui hoc credi fas sit? Sic & Aristoph. in Vespis: πόθιν ὦ γαῖε. ubi commentator, τὸ πόθιν, ἀρ-
νητικὸν est positumque pro ὑδαμῶς. Utitur eodem loquendi genere Dionysius Halicarnass. lib. 4. Ἀράγε τίμῃ ἡγεμονίᾳ περίλαβον, ὡς οἱ περὶ αὐτοῦ γαστέροι βασιλεῖς; πόθιν; πελάγῃ καὶ δῖ. Num imperium accepit eo modo quo reges, qui eum antecesserunt? unde? multum abest. Imitantur etiam Latini. Plinius lib. 4. epist. 14. Quae nos refugimus, non quia severiores. unde enim? sed quia timidiore sumus. Hujus formulæ venustatem & usum non advertentes priscorum auctorum interpretes, plurima in iis loca corrumpere, ut ostendit Calaubonus in Athenæum, & post eum Thomas Gatakerus Theologus Anglus in erudita sua dissertatione contra Pfoche-
nium.

Διὰ ταῦτα δικελλί-
της, Ἐ διφθέριας ὡς
ὀράς, δολιπὼν ὑπὸ
αἰσχύνῃς τὸ ἄστυ, μεθ' ἧ
γεωργεῖ, μελαγχολῶν
πῖς κακοῖς. ὅτι οἱ πλε-
πιῶντες παρ' αὐτῶν, μά-
λα ὑπεροπλικῶς πα-
ρέρχον, ἔδὲ τὸ νομα εἰ
Τίμων καλοῖτο εἰδότις.

Has ob res fessor, &
sago, ut vides, opertus
pellitæo, urbem præ pu-
dore fugiens, mercede a-
gricolam agit, adversus
ingratos atra bile stoma-
chatur, qui quidem sua be-
nignitate ditati, nunc ad-
mo fastuose prætereant,
ac ne nomen quidem an Ti-
mon vocetur, noverint.

scatur, iramque aliquam prodat strenui illius Iovis ac juvenilis. locatur, dum Saturni Rheæque filium appellat: nam plures fuere Ioves. Cicero tres enumerat, trecentos Varro, sed ut Tertullianus testatur, huic uni Cretenſi, ut maximè famigerato, reliquorum omnium facinora transcribuntur. *Ἰσὶς τ' Εὐρυπιδῆς*, &c.) Proverbio dicitur de iis, qui diutino in otio versantur. De Epimenide Cretenſi Theologo, cūjus & Apostolus meminit ad Titum. 1. extat hīstoria in Noct. Gelianis, & apud Diogenem Laertium, qui eum 47. annos obdormiisse dicit. Plinius lib. 7. cap. 12. annos ponit 57. *Magna*, inquit, *fabulofitate accipio de Gnoſſio Epimenide: puerum astu & itinere fessum in specu septem & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem mutationemque mirantem, velut postero exspectatum die.* Non minus ferialia memorantur hodie de septem fratribus Christianis, qui sub Decii Imperatoris persecutione in antrum delati centum & triginta annos dormiisse, perhibentur, quorum nomina legere est in floribus Sanctorum, vel aureis, ut vulgò appellant, Legendis. Sed cum recentioris ea sint ævi, & *ἔσθ' ἡ ἀσέβητος ἡρώδης*, fucum produnt fabulæ confictæ. *τὸ ξενεῦν τοὺς ἀνθρώπους.*) Vsurpatur hoc verbum de igne, quum eum languescens & prope extinctum redardescere facimus & flatu exsuscitamus, a *πῦρι*, quo denotatur *flabellum*. In vibrandi significatione hic accipitur *ἄνεμος τ' ἰμῆς*, i. e. ab impetu ejus, quod projicitur. *ἐναυσάμενος*) pro *ἐναύρας* in media voce, ut supra, ab *ἄνυ*, sicco, quod etiam Hesychio exponitur accendo, *ἐνάπλω*, sed tunc spiritu aspero potius notandum, quem *πνευματικὸς* Atticis proprium esse docent antiqui magistri. *Θέτλης*) Thessaliæ mons præaltus, in quo, ut Servius ait, stellæ videntur occidere, quem-

admo-

admodum de Ida nasci. Hujus a. meminit, quod Atheniensibus ob altitudinem maximè esset conspicuus, & proximè Achaiam a septentrione terminaret. *χολή* *πια*.) *χολή* bilis, quæ cum effervesceat, ad iram incitat: si modum excedit, ad insaniam redigit. hinc pro ira, & τὸ *χολῶν*, ἀπὸ τῆς *θυμῆος* apud communis linguæ scriptores: ἀπὸ τῆς *μαίνεσθαι* apud Atticos accipitur. *μαίνεσθαι*) Iuvenum quippe affectus sunt vehementiores. hinc τὸ *μαίνεσθαι* apud Græcos sumitur pro eo quod est *magnum*, *vehemens* & *concitatum*. Sic *κρανικὸν ἐπιθυμία* dixit Aristor. Eth. 7. ingentem cupiditatem: & *λωπάδα παλαιά* Athenæus pro olla magna, non nova, ut vertit Dalecampius: Medici item *μαϊνικὸς πόρος* vocant meatus insignes. οὗτος *παφῶς*) Eo Iovem non Deum immortalem, sed hominem esse innuit, cujus non tantum natale solum, sed & sepulchrum a Cretensibus ostenditur. Sic idem Lucianus in sacrificiis. οἱ δ' αὖτε *Κρητὶς ἐρῶν παρ' αὐτοῖς*, ὃ δὲ *ἐφ' ἑαυτῷ μένει* τὸ *Διὰ λήγουσιν*, ἀλλὰ καὶ τὰ φρονέοντες *δακνύουσιν*. Hoc ipsum quoque confirmat Epiphanius in suo Ancorato, qui scriptum reliquit suis adhuc temporibus in Iasio monte Cretæ sepulchrum Iovis monstrari solitum. Quod tamen, ut figmentum reiicere videtur Callimachus in hymno, ubi inquit: *Κρητὶς αἰὲν ἦν ψυχῇ, καὶ γὰρ τὰ φρονέοντες αἶνα σὺν Κρητὶς ἐπικλήσαντο*. οὗ δ' ἐστὶν ἄνθρωπος, ὡς γὰρ αἰεὶ. At verò constat ex aliis Iovem hunc ex hominibus assumptum, utque reliquos Gentium Deos vita defunctum. De naturalibus Diis, ut sole, Luna & similibus diversa ratio est. Nam, ut Plutarchus & Varro testantur: nullus ferè Deorum invenitur, qui non idem fuerit homo, & diem suum obierit, apud Augustinum lib. 6. de civit. Dei, & lib. 8. ejusdem operis cap. 26. Post obitum tamen Iovis, tanta fuit ejus nominis apud omnes nationes celebri-

celebritas & reverentia, ut nemo postea vocatus sit Iupiter: aut si qui vocati fuerunt, ejus rerum gestarum memoria obruti, obscuri minimeque illustres extiterint.

Z. τίς ἐπὶ ἐστὶν ὧ
Ερμῇ, ὁ κεκραγὼς ἐκ
τῆς Ἀττικῆς ὡς πὴν
Τρητιὸν ἐν τῇ ὑπερ-
ρείᾳ; πιναρὸς ὅλῳ, καὶ
αὐχμῶν, καὶ ὑποδίφθε-
ρῳ. σκάπη δὲ ἡ οἶμαι
ἐπικεκρυφὼς, λάλῳ
ἀνθρώπῳ, καὶ θεα-
σὺς. ἦτοι φιλόσοφος
ἐστίν. καὶ γὰρ ἂν ἔτως
ἀσπεῖς τὰς λόγους διεξήλθε καθ' ἡμῶν.

Iup. *Quis hic est*
Mercuri, qui sic ex Atti-
ca in montis Hymetti ra-
dicibus vociferatus est?
horridus totus ac squali-
dus, & rhenone amictus?
fodit autem, ut arbitror,
in terram pronus, como lo-
quax & confidens, nimi-
rum est philosophus, neque
enim adeò impia adversus
nos erat dicturus.

Tandem experrectus quasi e somno Iupiter Mercurium sciscitatur, quis ille sit, quem audierat vociferantem & fodientem eminus. τίς ἐστὶν ὁ κεκραγὼς;) periphrasi Atticâ, *quis vociferatur, vel vociferatus est?* ἐν τῇ ὑπερείᾳ) Loci descriptio, sic dicitur ἡ ὑπερὶ τὸ ὄρος πιδίαι, i. e. pes vel radix montis. Hymettus Atticæ mons est ob mellis præstantissimi copiam celebratus, quod ab eo *Hymettium* vocatur. Ex quo & marmora pulcherrima olim fodiebantur teste Plinio. Vnde *trabes Hymettia* apud Horatium pro marmoreis. *πιναρὸς*) Hesychio *ῥυπαρὸς*, i. sordidus. *πίνῳ*, ὁ ῥυπῶν, pro sordibus. *ἐπικεκρυφὼς*) id est, *inclinatus, in terram pronus.*

ὁ ἐπι-

ὁ ἐπιχειρῶν καὶ τοῦ χοιρῶντος τῷ ἔργῳ. habitum fodientis, & ligoni incumbentis exprimit. hinc Virgilio, *cervinus arator*. ἔπειτα φιλόσοφος) Nam id genus hominum quavis oblata occasione insectatur Lucianus. Garulitatem ipsis exprobrat, quod impia multa atque nefaria in Deos deblaterarent, ex quorum genere & hunc Timonem esse non illepide conjectat Iupiter.

Ερ. τί φῆς ὦ πάτερ ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχέκρατιδος , τὸν κολυτῖαι ; ἔτις ἐστὶν ὁ πολλὰ κίς ἡμᾶς καθ' ἱερῶν πλείων ἐσιάσας , ὁ νεόπληξ , ὁ τὰς ὅλας ἐκατόμβας , παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰσθαμνῶ ἐορταῖζειν τὰ δῖα σία .

Merc. *Quid ais o pater, non nosti Timonem filium Echecratidis Colyttensem? Hic est qui nos plerumque sacro convivio excepit ex hostiis eximias parato, ille repente ditatus, ille qui totas hecatombas, apud quem splendide Iovialia festa convivevimus agitare.*

Iovis interrogationi respondet Mercurius, & Timonem a genere & patria describit, singularemque ejus erga Deos cultum & observantiam commendat. Primum Iovem inscitiae arguit, quod Timonem non nosset virum tantopere celebrem, & optimè de Diis meritum. τί φῆς; non tam interrogatio est, quam admiratio. ὦ πάτερ. Sic dictus est Iupiter, vel quod pater fuerit Mercurii, vel quod creator & genitor sit omnium, rebusque omnibus ut pater provideat; vel θαυμασιῶς usurpatur, ut apud Theocritum. ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ! Colyttensem vocat a pago. Hesychius: κολυτὸς ὄνομα δήμου.

δῆμος. quid a. sit δῆμος, infra pluribus dicetur. (ἡ δ' ἰσ-
 ρῶν πλ.) Livio dicuntur *maiores hostia* vel *meliores*. De-
 crevit senatus, inquit, ut consules majoribus hostiis rem
 divinam facerent, hoc est, ἱεγῆς τιλαῖσις, ut interpreta-
 tur Budæus. Nam ἑλῆς significat id quod perfectum,
 amplum & eximium est, τὸ ἐλέληγον δὲ μὴ λιλαβήμενοι,
 quales etiam hostias in Veteri Testam. requirebat
 Deus. Exod. 12. & alibi. ⲙⲓⲛⲓⲛ Hebræis. נִסְחָא-
 רֹאשׁ) Notatur hac voce prodigum Timonis ingenium
 & improba bonorum dissipatio. Magni en. refert, inquit
 Aristoteles Rhet. 2. in moribus formandis, divitiæ vete-
 res, an nova sint, quod insolentiores esse soleant, qui nuper
 ditati sunt, quam qui divites antiquo censu & relicto patri-
 monio. ὁ τὰς ὅλως ἔχει.) suppl. θύσαι. Victimarum,
 magnitudo & excellentia indicatur, cum solidas heca-
 tombas obtulisse dicitur Timon, quod regum & opu-
 lentiorum erat. Vt en. pauperes molam, popana &
 pelanos offerebant Diis suis: ita divites in perfectum
 sacrificium hecatombas, quod Aristophani est βου-
 τῶν, in divite Comœdia. Hoc sacrificium etsi aliarum
 quoque esset pecudum, tamen a potiori denominationem
 accepit. quemadmodum & apud Romanos ἰεὺς
 λῆς θοῖα e tribus constabat, ex sue, ove & tauro, quam
 fisciā voce *solitaurilia* appellabant, (non *suovitaaurilia*, ut
 legitur apud Livium,) quod omnes hi solidi integrique
 essent corporis, ut refert Festus. τὰ Διόσια) Festum
 fuit antiquissimum, quod Athenienses in honorem
 Iovis Meilichii celebrabant, λῶς δὲ διὰς, & τὸ ἄσος, a
 Iove & molestia sive detrimento sic dictum, quod il-
 lud vultu mærorem testante agitent, ut testatur He-
 sychius. Occasionem forte difficilia Reip. tempora de-
 derunt: idem & πᾶνθα, & διπρόλια vocatur, de quo
 Aristoph. interpres, itemque Suidas & alii.

Ζ. Φεῖ τ' ἀλλαγῆς.
ὁ καλὸς ἐκεῖνⓈ; ὁ
πλάσιⓈ, πρὶν ὃν οἱ
ποῦτοι φίλοι; πῶς πα-
θὼν οὐκ οἷός τις ἐστίν;
αὐχμηρὸς, ἄθλιⓈ,
ἢ σκαπανὸς, ἢ μισθω-
τὴς, ὡς εἰσὶν ἕτα βα-
ρεῖαν καταφέρειν τιῶ
δίκειλλαν.

Iup. Eheu, quenam
ista rerum commutatio?
hiccine est honestus ille,
dives, circum quem tam
frequentes erant amici?
Quid illi accidit ut hoc
sit habitus, squalidus, e-
rummosus, fossor condu-
ctitius, ut conjicio, cum
tam gravem lignonem ge-
rat.

Iupiter responsione Mercurii velut attonitus, mira-
tur subitam hominis mutationem, causamque ex-
quirat tantæ calamitatis. Oratione utitur affectuum
plena. φεῖ, vox hæc indignationem quandam habet
cum admiratione. ὁ καλὸς ἐκεῖνⓈ; eleganter & con-
cise dictum pro ὅστις ἐστὶν ὁ καλὸς ἐκεῖνⓈ; Hiccine est hone-
stus ille? Minus rectè Lojolta quidā vertit: Is pulcher ille
dives. Distinguitur en. πλάσιⓈ a καλὸς, perque interro-
gationem effertur. Deinde καλὸς, quæ prima ejus si-
gnificatio est, non pulchrum hic, sed honestum denota, τ'
ἀπαθλῶν, ut honestum contra pro pulchro usurpatur apud
Latinos. Sic Virgo honestæ facie pro formosa. τί παθὼν)
Atticum dicendi genus, pro simplici τί; Sic & τί μαθὼν;
apud Aristoph. in Lysistrata. τί μαθὼν ἀπαθήσεις; ubi
tamen alii legere malunt, τί παθὼν; Vtrumque rectè
dici monet Casaubonus in suis observat. ad Athe-
næum. ἐξοφίμων) hic pro, gerere accipiunt interpre-
tes. malim tamen studium exprimi fodientis & ligo-
nem profundius solo inferentis. Sic infra Mercurius

de eodem: *πάσι*, inquit, *βαθίως καὶ φίλων*. scil. *ἐκ δ' ἡμεῶν*, i. e. alte ligonem dimittens vel adigens in terram. Laborantem en. viderat Timonem & gnaviter fodientem Iupiter.

Ερ. εἰπωσὶ μὲν εἰ-
πεῖν, χρηστότης ἐπέσει-
ψεν αὐτὸν, καὶ φιλαν-
θρωπία, καὶ ὁ πρὸς τοῦ
δαιομόνους ἅπαντας οἰκ-
τοῦ. ὡς ἢ ἀληθεῖ λό-
γῳ, ἀννοία, καὶ ἀνῆθεια,
καὶ ἀκερσία πρὸς τὰς
φίλους. ὅς δ' σιωπῇ κό-
ραξι, καὶ λύκῳ χαρμ-
ζόμενῳ. ἀλλ' ὑπὸ
γυπῶν πσέτων ὁ κακῶ-
δαίμων κειρόμενῳ τὴν
ἡπαρ, φίλος εἶναι αὐ-
τὸς, καὶ ἑταῖρος ὥς τ'
ὑπὸ ἀννοίας τ' πρὸς αὐτὸν, χαίροντας τῇ βορᾷ.

Merc. *Illum, ut ita
dicam, probitas evertit,
& humanitas, atque in
omnes egenos misericor-
dia, vel reuera decordia
potius, facilitas, nullus-
que in suscipiendis amicis
delectus, quippe qui neu-
tiquam intellexerit sese
corvis lupisque largiri.*
*Quin magis cum à vultu-
ribus tam multis misero
secur eroderetur, ob id
amicos & fidales judica-
bat, quasi epulis gaude-
rent, quod erga sese bene-
volentia afficerentur.*

Respondet iterum Iovi Mercurius, & profusam
Timonis largitionem, quam sine delectu erga quos-
vis exercuit, egestatis causam esse dicit. *εἰπωσὶ αὐτῶν*)
Singularis infinitivi constructio. Aliquando sine infi-
nito, *ὡς ἀληθεῖ λόγῳ*, ut *verè dicam*, quod statim sequi-
tur. *ὡς δὲ*) Sic dicitur morum simplicitas, & *ὡς δὲ*)
appel-

appellant Græci homines morum simplicitate præditos, qui cum incauti esse solent, & facile decipi, hinc factum, ut vâcordes & fatuos hoc nomine significant. Galen. in Comm. ad Hippocrat. prognost. Εὐθείας ἀνθρώποι λέγουσι ὅσοι καὶ οἱ κακῆθους ἐὼ ὑπερβόησι, καὶ ὁ δὲ πῖθον. Κακίας. λέγουσι δὲ καὶ οἱ ἐπαινετὸν ἔχοντες τὸ ἡθ. ἀλλὰ τὸ ῥῆν πρῶτον παρὰ τὴν χρῆσιν ἐν παρὰ τοῖς Ἑλλησι. ἔστι δὲ οὐτὶς παλαιότερον. hinc & Lucianus εὐθύναν καὶ ἀνείκων conjunxit hoc loco. ἡ συνὴν χαρίζομαι. Græca structura, pro χαρίζομαι, non intellexit se largiri. Docemur hic, in sumptibus faciendis modum esse servandum, nec semper, cuivis, ubivis & quavis de caussa dandum. Prudenter Cicero: *Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, ut pateat omnibus.* Nam ut præclare dixit Ennius: *Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Quare veri amici a gnathonicis diligenter discernendi, ut nos docet Plutarchus in libello suo eruditissimo: πῶς ἂν τοῖς ἀνθρώποις τὰ πόλαια ἔφίλων. Κορυζῆ, καὶ λίκου.*) Per corvos, lupos & vultures intelligit homines subdolos & rapaces, qui alienis opibus consumendis tantum intenti sunt; adulescentes, qui miserum hunc Timonem vivum videntemque, ut cum Terentio loquar, exederunt. Lucianus *vulturum* nomine etiam appellat testamentorum captatores. De quibus & Seneca in epist. 96. *Amicus agro assidet, probamus: et hoc si hereditatis caussa facit, vultur est, cadaver expectat.* Cum verò a tot vulturibus jecur erosum esse ait Timoni, alludit ad fabulam de Tityo, quem poëta fingunt apud inferos humi exporrectum jacere & jecur suum cum luna semper renascens uni vel duobus vulturibus exedendum præbere. de quo Homerus Oyss. λ. quem locum pari majestate sic transtulit Virgil. 6. Æneid. *Nec non*

Ἐ Tityon Terra omniparentis alumnium Cernere erat : per tota novem cui juxta corpus Parrigitur , rostroque immanis vultus adunco Immortale jecur tendens . Eleganter item ut poëta illi, usus est verbo κείρειν sive tondendi Lucianus Ἐ μίεφορᾶν, pro depasci vel dilaniare : τὸ ἡπαρ ἐκείρου dixit in Prometheo.

Οἱ ᾗ, τὰ ὅσα γυμνώ-
σαντες ἀκρεβῶς, καὶ
περιτεργόντες, εἰ τις
Ἐ μυελὸς ἐνὶ ᾧ, ἐκμυ-
ζήσαντες καὶ τᾶτον Ἐ
μάλα Ὀπιμελῶς, ὦ-
χοῖτο, αὐτὸν αὐτὸν, Ἐ
τὰς ρίζας ὑποτιμη-
μόν ὀπαλιπόντες, ἔδὲ
γνωρίζοντες ἐπὶ, ἔδὲ
περσβλέποντες. πόθεν
γὰρ, ἢ Ὀπιχερωῶντες, ἢ Ὀπιδοῦντες ἐν τῷ μέρῃ.

Illi verò postquam ossa
penitus nudassent, circum-
rosisséntque, deinde si qua
inerat medulla, hanc quo-
que admodum diligenter
exuxissent, abierunt, ex-
uccum, Ἐ radicitus suc-
cisum deferentes, adeò ut
non amplius agnoscant,
aut aspiciant, tantum abest
ut sint qui vicissim illi opi-
talentur, Ἐ impertiant.

Extremam parasitorum ingluviem & Timonis ege-
starem designat similitudine desumpta ab avidè voran-
tibus, qui non tantum ossa denudant, circumrodunt-
que, sed & succum omnem & medullam penitus ex-
sugunt, quod est, τὸ μυελὸν ἐκμυζᾶν. Deinde & altera
comparatione utitur Mercurius ab hortulanis accep-
ta, qui non arborum ramos solum, sed una stirpem
incidunt, vel una cum radicibus tollunt, ne sit spes
ulla renascendi, quod in tyrannum aptabat olim Ale-
xander Magnus: κηρωῶν, inquit, μισθὸν τὸν ὅτι ριζᾶν
ἐκτίμ-

ἐατέμονα τὰ λάχανα, i. e. Olitorem odi, qui radicitus herbas convellit atque ab ima stirpe excidit. πῶτον γὰρ;) concilium dicendi genus, quod cum interrogatione pronunciatum negationis vim habet, q. d. Unde hoc fieri possit? vel, qui hoc credi fas sit? Sic & Aristoph. in Vespis: πῶτον ὦ γαῖε. ubi commentator, τὸ πῶτον, ἀγρηλικόν, est positumque pro ἑδωμῶς. Utitur eodem loquendi genere Dionysius Halicarnass. lib. 4. Ἀράγε τίμω ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὥς οἱ περὶ ἄναξ γαρόρην οἱ βασιλεῖς; πῶτον; ποῦνυα καὶ δῖι. Num imperium accepit eo modo quo reges, qui eum antecesserunt? unde? multum abest. Imitantur etiam Latini. Plinius lib. 4. epist. 14. Quae nos refugimus, non quia severiores. unde enim? sed quia timidiore sumus. Hujus formulæ venustatem & usum non advertentes priscorum auctorum interpretes, plurima in iis loca corrumpere, ut ostendit Calaubonus in Athenæum, & post eum Thomas Gatakerus Theologus Anglus in etudita sua dissertatione contra Pfoche-nium.

Διὰ ταῦτα δικελί-
της, ἔ διφθέριας ὡς
ὀράς, δ' ὀπολιπῶν ὑπὸ
αἰσχύνῃς τὸ ἄστυ, μεθ' ἧ
γεωργεῖ, μελαγχολῶν
πῖς κακοῖς. ὅτι οἱ πλε-
πυῶντες παρ' αὐτῶ, μά-
λα ὑπεροπλικῶς πα-
ρέρχον, ἔδ' ἐ τ' ἄνομα εἰ
Τίμων καλοῖτο εἰδότις.

Has ob res fossor, &
sago, ut vides, opertus
pelliceo, urbem præ pu-
dore fugiens, mercede a-
gricolam agit, adversus
ingratos atra bile stoma-
chatur, qui quidem sua be-
nignitate ditati, nunc ad-
mo ἢ fastuose prætereant,
ac ne nomen quidem an Ti-
mon vocetur, noverint.

Mercurius αἰτιολογῶν causas enarrat, cur in miserandam hanc sortem inciderit Timon, simulque eorum detestatur ἀχαρισίας, qui ope illius & opibus adjuti, non vicissim grates rependunt, sed optime de se meritum prætereunt ac contemnunt. διφθέραις) A veste pellicea quam gerebat. ὑποδίφθέρῳ paulo ante dixit. In Tragœdiis & Comœdiis etiam antiquis διφθέραις vocantur ab hac pelle senes, qui in rustico opere morantur. τὸ ἄν) Athenas intelligit ἀνθρωπογενῆς, ut volunt. unde αἰσὶ & ἀπὸς cives, peculiariter Athenienses. Alii tamen synecdochen hic statuere malunt, siquidem Athenæ in duas olim divisæ erant partes; urbem quæ dicta ἄν, & portum, qui περὶ πόλις vocatus; eas autem uno complectebatur ambitu, ita ut plebei & democratix fautores in regione Pyràei agerent, elegantiores nobilioresque astu incolerent. A potiori igitur parte & ad portus discrimen ἄν & ἀπὸς nominabant. μελαγχολῶν τῆς κακότητος) Interpres venit: *Adversus ingratos atra bile stomachabatur*. Stephanus mavult: *furens ob mala vel malos*. Nam videns Timon eos, qui ipsius beneficio divites facti erant, tam ingratos esse, ut ne adspectu quidem dignarentur, sumptu ligore & diphthera terram colere instituit, insania quadam ex mœrore illo correptus. Ex nimia enim atræ bilis redundantia, ut supra diximus, exoritur sæpe furor. hinc μελαγχολῶν, pro insanire.

Z. καὶ μὲν ἔπαροπ-
τέειται αἰνῶν, ἔδὲ ἀμε-
λητέειται. εἰκότι γὰρ
ἔργον αἰνῶν δυνάμεων.
ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ ποιήσας

Iup. At verò vir neu-
tquam fastidiendus &
negligendus, qui jure op-
timo indignatur, quòd his
agat in malis: siquidem &

πῆς καταργίῃς κ' ἐλα-
 ξιν ἐκείνοις, Ἰππικαλῆσ-
 μῶροι ἀνδρὸς, παύτα
 ταύρων π, ἐ αἰγῶν
 πιότατα καύσαι. ἡ-
 μῖν Ἰπὶ τ' βωμῶν. ἐπι-
 γουῶ ἐν τ' ῥισὶ τῶν κνίσαν αὐτῶν ἔχω.

execrandos illos adulatores
 sumus imitaturi, si ejus
 viri obliviscamur, qui tot
 pinguiſſimos tauros & ca-
 pras nobis in aris adolevit:
 quorum nidor mihi etiam-
 num in naribus residet.

Sequitur ἰαλ. live commiseratio. Iupiter en. Ti-
 monis misertus & indignè ferens istorum hominum
 perfidiam, ejus curam habendam esse monet. πῆς
 καταργίῃς) Epitheton adulatoribus aptum & ferè per-
 petuum apud Lucianum. καταργεῖ dicuntur execra-
 tione digni, τῶν καταργῶν ἔστι. deus Latinis, ut notat
 Scaliger ad Catullum. καὶ ῥα.) Laudat Timonem a
 sua in Deos pietate & liberalitate. Supra, totas cum
 hecatombas obtulisse dixit. αἰγῶν πιότατα) constructio At-
 tica, pro αἰγῶν πιότατας. Sic vocantur αἱ ἐν τῷ κοίτῃ καὶ σι-
 γνῶναι, id est, bene habita seu saginata. καύσαι.) Adole-
 lere dicunt Latini, deque victimis usurpatur quæ igni
 imponuntur, שָׂנִי לֵךְ, ut Hebræi loquuntur. De-
 ductum τὸ καίει ex Heb. נִיח, id est, combussit, cu-
 jus Niphal in usu. ἐν πῆς μὲν) Salsè Gentilium deri-
 det superstitionem, qui Deos victimarum suarum fu-
 migatione & nidore affici credebant, ideoque sacro-
 rum ritibus interesse, ut etiam agnoscit Porphyrius.
 quod & de vero Deo judicasse videntur Hebræorum
 hostes, Deur. cap. 32. vers. 37. Vbi Dii eorum, in-
 quiunt, qui adipem sacrificiorum eorum comederunt, liba-
 minisque vinum biberunt. quod ex eo forte ortum pu-

tant nonnulli, quia altare, *mensa Dei*, & victimæ, *cibus Dei*, in sacris litteris appellantur, Ezechiel. cap. 41. & 44. Item Malach. cap. 1. vers. 12. Sic & Homericus ille Iupiter ad Æthiopas comessatum ivisse dicitur Iliad. primo, Ἀνέσσει ἀγῶν κείσσε, ἀγῶνι πλάσσει, h. e. ut consequatur nidorem ovium caprarumque eximiarum, ut de Apolline suo ibidem ait poëta. ad quem locum & similes respexisse videtur Lucianus. Causam verò cur id fictum creditumve a veteribus, exponit Spondanus ad Hom. Iliad. ut nimirum docerent, ob Deorum præsentiam non nisi cum verecundia quadam accedendum esse ad sacrificia, & a voluptatibus sibi temperandum.

Πλὴν ἴσ' ἀγο-
 λήας, ἃς ἰσχυρὰ πολ-
 λὰ τ' ἰσχυρῶντων, ἃς
 βιαζομένων, ἃς ἀρπα-
 ζόντων, ἐπὶ τῇ καὶ φόβῃ
 τῇ αὐτῇ τ' ἰεροσυλω-
 τῶν, πολλοὶ γὰρ εἰσι,
 ἃς δυσφύλακτοι, καὶ
 εἰδὲ ἐπ' ὀλίγον κατὰ μὲν-
 σῶν ἡμῖν ἐφιδᾶσι, πολὺν
 ἤδη χρόνον εἰδὲ αὐτῇ
 βλεψα εἰς τὴν Ἀτικὴν.

Tametsi propter nego-
 tia, magnamque peieran-
 tium turbam, & eorum
 qui vi agunt & rapina
 vivunt, præterea ob formi-
 dinem quam mihi pariunt
 sacrilegi, qui multi sunt,
 & observatu difficiles, &
 ne minimum quidem nos
 commovere sinunt, multo
 jam tempore Atticam non
 respexi:

Excusationem subdit Iupiter ridiculam prorsus ac
 jocosam, cur Timonis non meminerit, nempe nego-
 ciorum & hominum improborum confertam multi-
 tudi-

tudinem. Ita de Iove suo opinabatur infrunita Gentilitas. unde & tantam Deorum ancillantium turbam ipsi in subsidium finxit, quorum consilio & opera uteretur in hoc mundi regimine. Sic Onatus Pythagoricus apud Strobzum in eclog. Phys. Τὸ δὲ ἅμει θισὶ ποτὶ τὰς αἰῶνας θισὶν καὶ νεότεροι αἰῶνες ἵκανα, ὡς αἰετὶς χρυσὸν ποτὶ χρυσῶν, καὶ φανῶν ποτὶ φανῶν, i. e. Reliqui Dii erga primum summumque mente cognoscendum se habent, ut chorus ad coryphaum, & milites ad Ducem. Et Seneca Stoicus de immatura morte differens, unum quidem Deum agnoscit, sed talem, qui ad regni sui administrationem reliquos genuerit Deos, ut omnia sub ducibus irent, & a quo numina ista, quae singula adorantur, suspensa sunt. hinc Dii Consentes, & minorum gentium, quos velut coadjutores suos, & consiliarios ad hoc universi gubernaculum adhibet Iupiter, Rectius Cicero in lib. de Legib, Nihil est praestantius Deo: ab eo igitur mundum regi necesse est, nulli igitur est natura obediens, aut subiectus Deus: omnem regit ipse naturam. Quid autem sit Deus, in consolatione definit: mens scilicet soluta quadam & segregata ab omni concrezione mortali, omnia sentiens, omnia movens. Zenoni Stoicorum principi, mens aeterna dicitur, & indefessa, perfecta consummataque virtutis. δις φύλαξις) Bisariam exponi potest, vel difficiles observatu, vel, vitatu, ut etiam Heclychius interpretatur, πρῶτον ποσιν) Pro eo non raro invenias πρῶτον ποσιν addito nomine ὀφθαλμῶν. ut Act. Apost. cap. 26. καὶ τὸν ὀφθαλμῶν αὐτῶν ἐκάρμυκτο. Magis Atticum est, cum absolute ponitur. Quae sequuntur verba, καὶ ἀπὸ ἐλπίς, &c. pessimè verba sunt ab Erasmo, quod ut vidit Peterius, optimè locum interpolavit. Est enim negativa oratio, ut patet ex particula καὶ verbo praefixa, quam aut non legisse in suo

codice, aut non advertisse videtur magnus ille Batavus.

Καὶ μάλιτα ἐξ ἑφελισσοφία, καὶ λόγων ἐριδεις ἐπιπλάζαν αὐτοῖς. μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους, καὶ κεραιότων, οὐδὲ ἐπακθεῖν ἐστὶ τὸ ὄχλῳ. ὥστε ἡ Ἰππικοσύμβουλον χρὴ τὰ ὤτα κατῆλθαι, ἡ Ἰππικὸν εἶναι πρὸς αὐτῶν, ἀρετῇ τινα, καὶ ἀσώματα, καὶ ληρὲς μεγάλη τῇ φωνῇ ζυμειροτων. Διὰ ταῦτά τι καὶ τῶτον ἀμειλιχθῆναι συνέβη πρὸς ἡμᾶς, καὶ Φαῦλον ὄντα.

Ac in primis ex quo philosophia, & verborum contentiones apud istos increbuerunt, adeo ut istis inter se pugnantibus, vociferantibusque, ne exaudire quidem mortalium vota liceat. Vnde mihi necessum est, aut auribus obturatis sedere, aut ab ipsis perdi, qui virtutem quandam, & nescio quæ incorporea, nugæque magna voce connectunt. Hinc factum est, ut hic quoque à nobis neglectus fuerit, quatinus non sit despicabilis.

Aliam adducit suæ ἀβελήτιæ causam Iupiter non minus feralem, dissidia scil. & altercationes Philosophorum, quibus factum, ut exaudire non potuerit clamantium vota & supplicationes. Atque ita occasionem denuò captat auctor Philosophos traducendi. non quod sapientiæ studium damnaret, (philosophum enim se profitetur in Piscatore) sed sophistarum quorundam βδελύγματα, & insulsos errores liberiore calamo perstringit, personatamque eorum probitatem

in

in lucem protrahit, ut tandem videri desinerent, quod non essent. Eorum philosophiam non nisi λόγον ἔχουσαν, seu λογιστικίαν esse asserit, ut pote qui non tam solidis rationibus, quàm stolidis clamoribus, idque de rebus inanibus, inter se disceptarent. συμύλημα & ἐπιφοῦδισ appellat Aristophanes in Nebul. De his Seneca: *Fugitivis clamoribus non ad calamos, sed ad obliviosas aures semper certant. Hærent in verbis, & atatem totam in adytis terunt, penetralia (veræ scil. philosophiæ) nunquam vident.* ἐπιπλάσσω) Elegans verbum & Luciano familiare. De iis rebus propriè dicitur, quæ in aquarum superficie natant atque fluitant. hic τῷ μεταφορᾷ usurpatur pro *increbescere*. quemadmodum & Philo ἐπιπλάσσω ἀσέβειαν scitè dixit, *impietatem exuberantem & invalescentem.* ἰσθῖ) pro, ἔστιν. quod & frequentarum Latinis. vide Budæum in Comment. ἐπιβουλή) Atticè pro ἐπιβύσσω in media voce. Aristoph. ἐπιβύσσω τὸ στόμα τῷ πατέρων dixit in Pluto, id est, os obstruere Rhetorum. Aliàs pro implere accipitur, ut apud Hom. νόημα δ' ἀσπερ τοῖς θεοσφρόσιν i. e. πωλεσθῆναι, ut interpretatur Eustath. ἀρετῆς ἕνεκα) Stoicos perstringit, qui virtutem magna contentione deblaterabant, nec minus quàm virtutem ipsam sectabantur. Porticus enim in virtute summum hominis bonum collocabat, sed in hoc dissidebat a Peripateticorum scholâ: utrum in *virtutis habitu*, an *actione* illud maxime emineret, de quo Aristotel. lib. 1. ethic. εἰς ἀσώματα) Hoc imprimis tangit Platonicos qui contra Epicureos non corporea solum, sed & ἀσώματα seu incorporea quædam, nempe *mentem* & *Spiritus* statuebant. Neque enim apud ullos de spirituum cultu plura reperias, quam apud τοὺς δὲ Πλάτωνος, quorum opinio erat, *Spiritus procurari certis precatibus*, ut ait Apulejus de

de Deo Socratis. Hos & eorum similes magno conatu magnas iugas agere dicit, quod est λήρως ζυγίσαι ad verb. *iugas contumere*, ex Attico ζῶ, & ἄρω, τὸ ἄρω, neſto. ἢ φάσαν ὄντα) cum non sit contemnendus, sed in pretio habendus, ac iuvandus. λιτότητα Rhetotes vocant. Nomen φάλα hic accipitur in generaliori significatione, rebusque convenit minus bonis, hoc est, vilibus ac contemptis.

Ὁ μὲν γὰρ τὸν Πλούτωνα
 ὡς ἑρμῆν ὡς θαλάμων,
 ἀπὸ παρ' αὐτὸν κτ'
 πᾶσι. ἀγέτω δὲ ὁ
 Πλούτων καὶ τὸν Ἡσυχίον
 μετ' αὐτῶν, ὅτι μὲν
 αὐτῶν ἀμφὶ τῶν
 Τίμωνι, μὴ γὰρ ἀπαλ-
 λατρίδωσαν. ἔγωγε γὰρ
 δίδωμι, καὶ ὅτι μάλιστα ὑπὸ
 ἐκδιώκῃ αὐτῶν τὴν οἰκίαν.

Quod reliquum est
 Mercuri, assumpto Plu-
 to, celeriter ad hunc eas.
 Plutus autem unā secum
 etiam ducat Thesaurum,
 & ambo apud Timonem
 perseverent, nec tam facile
 demigrent, etiam si quā
 maxime rursus illos prae
 bonitate domo eximat.

Jupiter Timonis pietate motus Mercurium jubet
 accersere Plutem, qui cum Thesauro Timonem
 adeat, eumque, ut ante, locupletem reddat. Divitias,
 quae Græcis πλούτης nomine veniunt, & Thesaurum,
 quod est λατρίδωσαν, veluti Deos repræsentat Lu-
 cianus. Pluti genealogiam recenset Hesiodus, eum-
 que inter Semideos collocat, ac Cerere Jasioque natum
 perhibet. Nec alius ab hoc ὁ Πλούτων, inferorum Deus.
 Ab inferis enim, hoc est, intimis terræ visceribus
 eruun-

eruantur opes. Quem propterea *Ditem* appellarunt Latini, ut docet Cicero lib. 2. de nat. Deorum. Boëthius:

Hoc quicquid placet excitatque mentis,

Infimis tellus adit cavernis.

Et hæc ratio est, cur Carrio apud Aristophanem mox *Plutonem* vocet, quem antea *Plutum*. $\mu\theta\tau\epsilon\tau$, inquit, $\tau\eta\varsigma$ Πλάτωνι παρακαλέζω. de Æsculapio loquitur ad Plutum accedente, ubi Scholiastes. $\tau\eta\varsigma$ Πλάτωνι ἔπειτα λυγρῶς· καὶ αἰκνύει τὸ αὐτὸν, $\tau\eta\varsigma$ Πλάτωνι τὸ ἄδελφον νομίζουσι. quod & testimonio probat verborum Sophoclis ex hac fabula. Πλάτων· δ' ἐπὶ Ἰσσοδῶ·: κεν, ἰμέρ Πλάτων· ἐμμεφίαις χάριν. ubi Πλάτων idem qui Πάων, pro opibus ac divitiis. Poëtæ tamen, ut ut hæc duo Numina distinguant, utrique divitiarum tribuunt imperium.

Περὶ γὰρ τὴν κολακίαν
ἐκείνων, καὶ τὴν ἀχαρ-
στίας, λέω ἐπιδείξασθαι
πρὸς αὐτὸν, ἔαυθις
μὲν σκιάσμαι, ἔαυθις
κλέω δώσεσθαι, ἐπὶ δ' αὖ
περαυνὸν ὀπισθοκείσω.
καλεαγιδύμαι γὰρ αὐτῶν,
καὶ ἀπεσομωιδύμαι εἰς
δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται,
ὅποτε Φιλοκίμοτερον ἢ
κρίνῃς πρῶτον ὅτι τὸ
σοφιστὴν Ἀναξαγόραν,
ὃς ἐπὶ θεῶν ὁμιλητὴς
μηδὲ ὅλως εἰναι πιναι
ἡμᾶς οὐ θεός.

Ceterum de ingratis
illis palponibus, & in po-
sterum consultabo, & pæ-
nas dabunt summatque ful-
men præparavero. Nam
fracti sunt, & retusa cu-
spide duo radii eius maxi-
mi, quum nuper acrius in
sophistam Anaxagoram ja-
cularer, qui suis familiari-
bus persuadebat, nullos esse
nos qui Dii vocamur.

Sequitur

Sequitur alia Jovis excusatio, fulminis scil. con-
fractio, & radiorum obtusio. *κατασπαραγνείει*) *diffraeti*
sunt, dialysi Atticā *σ* in *σα*, a *κατάγω* vel *κατάγομαι*,
diffringo, quod est in catalogo *ἁνομάων*. Fulmini
etiam, ut astris, sui tribuuntur radii. Virgilius de
Cyclopibus 8. *Æneid.*

Treis imbris torti radios, treis nubes agnosc

Addiderant, rutili tres ignis & alitis Austri.

κατασπαραγνείει) scilicet quod ad cuspidem attinet.
δάσπαραγνείει dicitur ferrum, cujus cuspis hebetatur atque
retunditur. Fulmen enim Jovis, ut telum considera-
tur, cujus acies retusa est. Nam & gladii sua sunt
σέματα, id est, mucrones sive cuspides, quibus veluti
mordent. Hinc *ἀμφίστομος*, seu *δίστομος* gladius, à *ἀμ-*
φοτέρωθεν *ἐσθνείει*, qui anceps est & utrimque scin-
dit. & *ξίφος ἐξέστομος* apud Euripidem, pro acuti oris
gladio: nec non, *ὁ σέματι μάχαιος πίζων* dicuntur,
qui acie gladii, id est, in bello cadunt, Lucæ cap. 21.
vers. 24. quod loquendi genus merè Hebraicum est.
Ἀναξαγόρας) Fuit Anaxagoras philosophus Clazome-
nius insignis, qui Xerxis Persarum regis tempore flo-
ruit. Mundi hoc atque Naturæ opificium ab æterna
mente architectatrice conditum & ordidatum esse do-
cuit, cujus hic extat versus omni memoria dignus:
Νῦν ἐν ἀλγεσμένων τὸ πᾶν αἴτιον αἶνον. hoc est: *Mens æter-*
na est, qua gubernans omnia, omnium est causa. Laërt.
lib. 2. Quæ laudabilis de Deo uno veritatis professio,
ut Socrati, sic & illi noxia fuit. Nam ea doctrina tan-
tam sibi invidiam conflagavit apud Athenienses, ut ex ea
ansam raperent ipsum *ἀθεόντα* accusandi, & talentum
promitterent, quisquis interficeret. Etenim hanc esse
causam ipse Iupiter indicat, cum Sophistam eum vo-
cat, ideoque in illum se fulmen torxisse dicat, quod suis
fami-

familiaribus & discipulis persuaderet, nullo pacto esse Deos, quos pro talibus haberent Athenienses. *μηδ' αὐτῶν τιμῆς* neque alicujus pretii esse nos. nam *εἰς* aliquando *ἀγέμενον* denotat singulare ad differentiam *ἡ πρὸς τὸν*. Sic Juvenalis:

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,

Si vis esse aliquis. —

vel, nullos, inquit, id est, nulla divinitate praeditos. Ita regius vatos idola Gentium vocat *שוא' תבלי*, *vanitates mendacii*, hoc est, *res vanissimas & nihili*, ut exponunt Justius & Beza. Et Apostolus Gentium *ἡ ἀδύναμις* nihil esse dicit (*ἡ ἀδύναμις*) non materiam spectans, sed formam, quae res veras mentitur, cum unus tantum sit Deus. 1. ad Corinth. cap. 8. Anaxagoræ, ut & hoc *εἰς ἀνθρώπων* dicam, non absimilis fuit Lucianus noster, quem immerito *ἀθεὶς* vocat Iustinus Martyr in oratione contra Græcos. Unum quippe Deum conditorem universi & moderatorem cum sapientissimis Philosophis agnoscit. Sed peccat eximius Dei servus, quod ex alienâ potiùs judicet sententia, quàm suâ. *ἀθεὶς* audit, sed ab iis, quorum profanos & ridiculos cultus rixusque passim traducit. Quod verò Christo Servatori convicium dicat alicubi, ut in Peregrino, si modò Luciani sunt de quibus inter doctos non sine justis rationibus dubitari video, ex eo non atheus propriè loquendo, sed *ἡπερὶ τοῦ θεοῦ* potius fuerit dicendus, ut Iudæi omnes & pagani. *Ἀθεῖς* accusati olim & quidem merito Protagoras Abderites, Theodorus Cyrenaicus, Melius Diagoras, aliive, qui *τὴν πολλοῦ τῶν θεῶν*, id est, plurium Deorum impietatem fugientes, in ipsam impietatem, quasi in voraginem quandam delapsi sunt, ut nullum Numen admitterent.

· Ἀλλ' ἐκείνῃ μὲν διή-
μαρτον. ὑπερέχει γὰρ
αὐτὸς τῷ χεῖρει Περ-
κλῆς. ὃ ἢ περσυνός,
εἰς τὸ ἀνάκειον ὥρ-
σκήψας, ἐκείνῳ τι κα-
τίφλεξε, καὶ αὐτὸς ὁ-
λίγῃ δαῖν, συνελέμβη ὥρ' ἢ πίτεαν.

*At ab illo aberravi: nam
obtenta manu Pericles eum
protexit: fulmen vero in
Castoris & Pollucis tem-
plum detortum, tum illud
exussit, tum ipsum ad
saxum penè est comminu-
tum.*

O præclarum Jovem! cujus fulmen, ut pilam,
obtenta manu retundere valeant homines. δάμαρτον)
Jovi ἀσυχίας exprobrat. ἀμαρτάνειν aberrare est à
scopo. De Pericle quod ait, verum est, cum Anaxa-
goræ fuisse patronum ac defensorem adversus accusa-
tores. Nam cum à Cleone accusaretur impietatis, quod
Solem, quem pro Deo colebant Athenienses, vo-
casset διάπυρον μύδεον, hoc est, candentem massam ac
penitus ignitam, sive globum quendam igneum, λιθὸν δὲ
βαρὺν, ut Plutarchus scribit, à Pericle defensus est.
Refert Hermippus apud Laërtium: Periclem, cum
nullum Anaxagoræ crimen impingi comperisset, di-
xisse: Ego discipulus istius sum. Nolite igitur iniquis ca-
lumniis inducili perdere, verum mihi potius obtemperate, li-
berumque eum abire permittite, sicque factum esse. Non
tamen effugere potuit, quò minus talentum solveret.
ὑπερέχει τῷ χ.) Jocosè dictum. Supra aliquem tenere
manum, est eum protegere. Metaphoricum loquendi
perus & Homero familiare. Sic ille Iliad. 4. Ὀφρ'
ἴδω, αἶψ' ὅμμι ὑπὲρ χεῖρας Κρονίω, id est, ut videa-
tis, si vobis supra teneat manum Saturnius. Et apud
cun-

eundem poetam Iliad. 1. μάλα γ' ἴδεν εὐρύοιαν Ζεύς Χίον
 ἰὼν ὑπὲρ ἰχθῆ. Vñ & hoc dicendi schemate Aristoph.
 Plutarch. alii. Galli quorum lingua cum Græca in
 plurimis συμβολίζῃ, similiter dicunt *maintenir*. eis τὸ
 ἀνέκον.) Templum Castoris & Pollucis Dioscuro-
 rum, qui *ἄνακτες* sive *ἀνακτοί* vocantur, vel per excellen-
 tiam, quod ex Iove rege antiquissimo & Leda nati.
 ἄναξ enim rex, inde *ἄνακτες*, qui postea *ἀνακτοί* inferro
 τ, ut νῦν, *χῆς*, postea *νυκτοί*: vel quod *ἀνακτοί* i. e. *ἐπι-
 μελῆς*, cum cura singulari servarint Athenienses, a
 quibus & eorum festum celebrari solebat *ἀνάκτα* di-
 ctum. Gerardus Vossius vir in omni antiquitate ver-
 satissimus sic appellatos putat, quod descenderint ab
 antiqua & illustri stirpe Anacim Palæstinae, unde a
 Iosua profligati in Græciam concesserint, quem vise
 lib. 1. de origine & progressu Idol. cap. 13. *παρασκή-
 ψας*) *detortum*, vel, *a scopo delapsum*. Præpositio vi-
 tium designat. *σκήψας* Helychius interpretatur *πιστός*,
 sed proprie est *σφοδρῆς καὶ πανδαίως καὶ ἀπρόφθογος*. hinc
σκαπτὸς pro fulmine, quod impetu devehitur in terras,
 ut Apuleius loquitur lib. de mundo. *ὀλίγη δὲν*.) Ele-
 gans loquendi formula. *parum absuit, propemodum, ferè.*
παρὲ ὀλίγον. Pro eodem & *μικρὴ δὲν*, & sine verbo, *ὀλί-
 γη* vel *μικρὴ* dicunt Græci, *minimo* Latini. Capitoli-
 nus: *addens minimo se, agere mortem ferre filium superstitem*
relinquens. Ita locum depravatum hactenus nec intel-
 lectum restituit Cl. Salmasius in Plin. exercit. ad Solin.

Πλὴν ἰκανὴ ἐν το-
 σῶτα καὶ αὐτῇ πτωχία
 ἔσαι αὐτοῖς, εἰ ὑπερ-
 πλοστωῦντα τὸ Τίμω.
 νῆ ὑπάρσιν.

Quamquam vel id sup-
 plicii satis magnū in istos
 fuerit, si ditissimū videant
 factum fuisse Timonem.

E

Con-

Consolatur se eo nomine Iupiter, quod satis supplicii futurum credat ingratis & improbis, licet alia ratione injuriam illorum vindicare non possit, si Timonem conspexerint repente locupletem factum. Novit enim nullum majus esse tormentum invidia & macrescere improbos lætis bonorum successibus rebusque opimis. *ἡμετέραν δὲ*) Quamquam viri virtute præstantes ob animi corporisque dotes maximâ sæpe invidia laborent, tamen ut Aristoteles docet lib. 2. Rhetor. sæpius ea locum habet in bonis fortunæ. Pin-darus in Pythiis : *ἔχεται δὲ ἄλλοις ἐμὸν φθόνος. ὃ δὲ χαμυλὰ πίων ἄφωτος βεῖται*, hoc est, habent opes & res secunda non parvam invidiam. Qui autem pauper est, humi jacet & obscurum fremit. Hinc Plautus in Truculento : *Malo mihi inimicos invidere, quam me inimicis meis*. Nam quibus invidemus, illi opiparè & splendi-dè vivunt : eorum autem qui miseri & calamitosi sunt, miseremur. Novit hoc Sulmonensis poëta, ubi elegantissimis versibus invidiam describens inter alia sub-dit :

*Tum videt ingratos intabescitque videndo
Successus hominum, carpitque & carpitur ipsa
Suppliciumque sui est.* —

Egregiè in hanc rem Seneca philosophus : *Vtinam, inquit, invidi oculos haberent in omnibus civitatibus, ut de omnium felicitatibus torquerentur : nam quanta felici-um sunt gaudia, tanti invidorum sunt gemitus.*

*Ερ. οἶον ἢ τὸ μέγα
κεκραγῆναι, καὶ ὁχληρὸν
εἶναι, καὶ θρασυῖ. καὶ
τῆς δικαιολογεῖσθαι μό-*

*Merc. Quantum ha-
bet momenti altum vociferari,
& obstreperum :
audacemque esse ! id quod*

νοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχο-
 μένοις τῷ χρησίμον; ;
 ἰδὲ γὰρ αὐτίκα μάλιστα
 πάλσι *Θ* ἐκ πνεύματος
 καταστήσιν οὗ Τίμων,
 βοήσας, καὶ παύσασα-
 σίμην *Θ* ἐν τῇ εὐχῇ,
 καὶ ὑπερείσας τὴ Δία. εἰ
 ἴστω πῇ ἔσκαπτεν ὑπὲρ
 κεκυφώς, ἐπὶ αὐτῷ ἔσ-
 καπτεν ἀμελόμεν *Θ*.

non iis modò qui causas
 agunt, verum etiam qui
 vota faciunt conducibile.
 En mox è pauperrimo di-
 ves evaserit ille Timon,
 qui se precando clamorose
 & liberè loquentem præ-
 buit, attentum verò Io-
 vem reddidit. Quod si in-
 curvus fodiendo siluisset,
 neglectus etiamnum fode-
 ret.

Epiphonemate declarat Mercurius, sæpe audaces
 & importunos flagitatores Iovem habere propitium:
 timidos contra & verecundos ab eo negligi. Exem-
 plum prælustre habemus in muliere Cananæa Matth.
 cap. 15. Verè dictum a vatum principe: 'Αἰδὼς οὐκ
 ἀγαθὴ καὶ χρημὴν ἀνδρὶ ποιεῖν i. e. Verecundia non
 utilis est viro egenti. qui versus legitur Odyss. 9. &
 citatur a Platone in Lachete. Vult enim summus ille
 ἰδὼν δευτέρω inclamari & precibus expugnari, quò decla-
 retur intimus indigentiae nostrae sensus. Et sæpe vide-
 mus accidere, ut importunus & audax mendicus ob-
 tineat, quod verecundo denegatur. *ἵνα ἦ*) quantum
 est, vel quantum momenti habet. Per admirationem
 hæc legenda & cum acclamatione. *ἦ* pro *ἰσὶ* posi-
 tum. Sic *ἰχθυὶ*, *ἰδα*, *ἰπλοῖ*, & alia pro præsentibus
 usurpata inveniuntur. Quod in usum venisse putat
 Budæus ex eo, quia nullum tempus præsens dici pos-
 sit, si ad verum exactè loqui volumus: esse autem pro-

priè præsens τὸ αἰὶ καὶ ὁσάποτε ἔχει, ut Plato scribit in Timæo, id est, quod semper est, & eodem modo se haber. ἡλληρὸν αἶμα) In Evangelio Lucæ dicitur, κέρας παρέχει, cap. 8. ἀναιδὴς ibidem appellatur, quæ ἐν τοῖς θυχομένοις, ut rectè norant interpretes, non vitio sed laudi ducitur. *Importunitatem* alii; *instantiam* Syrus paraphraustes transtulit. Quid quod Homerus hominem importunum vocet ἀναιδῆ, quem hic Lucianus ἡλληρὸν καὶ ἡραρόν. Per τὸς δικηλογῶντας intelligit caussidicos sive caussarum patronos, qui ad rei defensionem τὰ δίκαια, id est, jura adferunt. Norat Lucianus sui ævi rabulas forenses, qui strepitu magis & inconditis clamoribus rem agebant, quam jure aut legibus. *Caninam* eorum *eloquentiam* & *sanguisugam* meritò dixit Columella. *Togatos vultures* eisdem appellare solebat Apuleius, qui in fas nefasq; linguas & verba locant. In hos enim, non in γησῖες juris antistites vel advocatos invenitur Samosatensis noster, cum ipse patronum se reorumque vindicem præstiterit non semel. Gravissimè Plato: ἱερὸν καὶ συμβουλία, id est, *Sacra quadam res est consultatio*. ἐπιστρέφει τὸ Δία) Propriè ἐπιστρέφειν, est facere, ut quis ad se convertat faciem, sui que curam habeat. Sic Deus in sacris litteris *faciem suam convertere* dicitur ad eos, quibus bene vult, & propitius est: contra ἀπιστρέφει τὸ πρόσωπον ab iis, quorum preces non exaudit. psalm. 132. & aliis in locis.

Πλῆ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ
αὐτὸν ἀπέλθοιμι ὡς Ζεῦ
παρ' αὐτόν. Ζ. Δὲ τί
ὡς ἀρῆσε πλῆπε, ἔταυ.
τα, ἐμὰ κελεύσαντι;

Plut. At ego ὁ Iu-
piter hunc aditurus non
sum. Iup. Quid ita,
optime Plute, præsertim
à me jussus?

Indu-

Inducit Plutum omnia formidantem Lucianus, nullique fidentem, imitatus hac in parte Aristophanem, qui vulgò jactatam opulentiae timiditatem indicat, cum ait: Ἀλλὰ λέγουσι πάντες, ὡς δειλότατον ἐστὶ τὸ πλῆθος, id est, Quia id omnes dicunt, timidissimum quid esse divitias. Et Euripides: Δειλότ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχος καὶ κέρων. Res cupida vita sunt opes, pauidum malum. Hinc in sequentibus causam exquirat Iupiter, cur ad Timonem denuò ire recuset Plutus, praesertim à se jussus. Deo siquid jubeat, continuo obediendum. Verus obediens, inquit Augustinus, non attendit, quid aut quale sit, quod praecipitur, sed quis precipiat. hinc mandatum non procastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voti, pedes itineri, manus operi, & se totumq; intus colligit, ut mandatum peragat imperantis. Hic videmus unitatem in sua πολυθεῖα etiam agnovisse Gentium sapientes, dum Jovi suo potestatem tribuunt ἀντοκρατορικὴν & absolutam, quā imperare omnibus: refragari autem ejus imperio & mandato nulli fas sit. Homerus, ut Spondanus observat non uno in loco, Jovis imperium aliquando ἀντοκράτορεν, & summum esse innuit: aliquando mixti generis sive ἀμιτοκρατορικὸν facit, cæteris quoque Diis ex æquo suffragia ferentibus, & infecta re non raro à se invicem discedentibus.

Πλῦ. ὅτι νῦν Δία
ἔβραζεν εἰς ἐμὲ, καὶ
ἐξέθορσε, & εἰς πολλὰ
κατέμελλε. & ταῦτα,
πατρῶν αὐτοῦ φίλον
ὄντα. & μόνον ἐχὶ δι-

Plut. quoniam per Iovem injuria me affecit, ejiciens, & in multas partes dividens: idque cum illi paternus essem amicus, ac me penè dixerim, fuscinis ex adibus extruserit,

πράνοις με ἐξαιώθῃ ὥς *sicut qui è manibus ignem*
οίκίας, καθάπερ οἱ τὸ ἀβσφίουν.
 πῦρ ἐκ τῶ χειρῶν ἀπορρίπτειντες.

Responsio Pluti αἰνολογική. Prodigalitatem Timonis in causa esse dicit, cur reverti nolit, quamque indignis modis ab eo exceptus fuerit, lamentabundus ostendit. ὁ βέλζον ἐς ἐμὲ) Differentiam ponunt Grammatici inter ὁ βέλζον πῦρ, καὶ ὁ βέλζον ἐς πῦρ, quod & Lucianus testatur in Solocastica. Τὸ μὲν οἱ ὁ βέλζον, inquit, τὸ εὐμαῖ ἐπὶ τὸ εἶναι ἥτοι παρὰ γαῖαν, ἢ διὰ μῆτιν, ἢ καὶ ἄλλῃ τρεῖσι τοῖς εἰς σε, ὅταν εἴς πῦρ εἴης γίγνηται, ἢ ὁ βέλζον. καὶ ὁ βέλζον πῦρ καὶ ὁ βέλζον πῦρ, οἷς σε ὁ βέλζον καὶ ὁ βέλζον πῦρ καὶ ὁ βέλζον, καὶ ὁ βέλζον πῦρ καὶ ὁ βέλζον πῦρ. Te contumelia afficere, idem est, quod corpus tuum siue plagis, siue vinculis, siue aliquo etiam alio pacto. At in te contumeliosus esse dicor quando alicui tuorum contumelia fit. Nam & qui uxorem tuam contumelia afficit, in te contumeliosus est, & qui puerum tuum & amicum, & certè qui servum quoque. Verùm hoc discerni, ut & in multis aliis Grammaticorum præceptis, haud perpetuum est semperque verum. Sæpe enim pro eodem posita inveniuntur, uti & hoc loco. Observandus hic etiam elegans processus à genere ad species. Partitionem Rhetores vocant. διανομή.) Indignitatem rei indicat, cùm se furcillis ex ædibus extrusum ait. Sic & Pax apud Comicum ἐκ τῶν, fuscinis & clamoribus eiecta dicitur. Τί τὸ δὲ εἶναι διανομήν ἐστιν τὴν πῦρ καὶ πῦρ καὶ πῦρ. Nam hoc plus est, quàm solâ manu. Sunt autem διὰ vel διὰ πῦρ, pertinet hæc bifida & bifines, quasi διὰ πῦρ, id est, τὴν πῦρ. Scholiast. exponit ἐκ τῶν διὰ. Secuti etiam hanc locutionem Latini. Cicero ad Atticum 6. *Sed quamvis furcilla extrudimur* (hoc est, summo conatu & vi maxima)

ximā) *Brundisium cogito*. Et Horat. *Naturam expellas furcā, tamen usque recurrit*. Pro eodem, *furcillis ejicere*, dixit Catullus. Imitatur hic Aristophanem Lucianus, ubi ad similem planè modum conqueritur Plutus: "Ὁ δ' οἷς παραπλήν", inquit, ἀνθρώπων εἰσιλὼν τὴν Πόρνεον ἐν κούβητι παραβέβλημην. Ἰσμενὶς δ' ὅρα' ἐξήματα ἐν αὐγυρίαις ἔχουσιν, id est, *Si ad prodigium hominem divertero, scortis & aleis objectus temporis momento nudus illinc protrudor foras*. καὶ ἄρα οἱ τὸ πῦρ, &c.) Simul protervam decoctionis in dilapidandis opibus festinationem innuit iconē, ab iis desumpto, qui ignem è manu confestim abjiciunt, ac comburantur.

Αὐθις ἐν ἀπέλθω
 ὠδασίποις, ἔχολαξί,
 ἔπιχεαίς ὠδασίδοξη-
 σίμῳ; ἔω' ἐκείνας
 ὦ Ζεὺς πέμπε με, ὅτ'
 αἰδοῦσιν ὁμοῦς τῆς δω-
 ρεῆς, τὰς περὶ ἐπὶ οὐ-
 οἷς τίμιον ἐγὼ, καὶ περὶ οὐ-
 οἷς τίμιον ἐγὼ, καὶ περὶ οὐ-

Num rursus ad istum
 ibo, parasitis, adulatori-
 bus, & scortis donandus?
 Ad eos mitte me Iupiter,
 qui munus intellecturi sint,
 qui amplexuri, quibus in
 pretio sum, & exoptatis-
 sumus.

Sequitur hic insignis collatio prodigorum & avarorum, ostendens verum divitiarum usum in mediocritate utendi consistere. παρασίτοις & ἐχολαξί, quanquam hic distingui videantur, tamen pro eodem ferè sumuntur. Athenæus lib. 6. τὸ ἐχολαξί dicit, non abesse παρασίτοις. Differt tamen uterque, ab ἀρίστῳ, quod hic nullius commodi gratia placere studet; illi κίεθ' ἑαυτῷ id faciant. Aristoteles Ethic.

cor. lib. 2. cap. 7. Hinc ambo nominis sui appella-
tionem debent cibo quem sectantur. *οἷος ἐστὶν* enia &
πλάσι esca, sive pabulum est. Quanquam tatear non
omnes adularores convivia & epulas aucupari loco
præmii, majora sunt, quæ capiant regum & princi-
pum assentatores. hinc rectè philosophi in adulatio-
nis definitione non mentionem faciunt cibi, sed *σοφισ-
τείας*. Hoc genus hominum Constantinus Impe-
rator appellare solebat *τινέας* atque *σοφιστές* palatii sui,
ut refert Nicephori interpret. Et Anaxilas poeta Co-
micus scyta allusione *κόλλαντες* dicebat esse, *τὰς ἐσθλὰς
ἐχέοντας οὐδένους*, id est, divitum vermes, qui cum in
hominis minime mali ingenium inciderint, eum insi-
dentes arrodunt, quoad inanem, velut tritici granum,
reliquerint, ut Timoni nostro accidisse videmus. *ἐπι-
εργαί* id est, meretricibus, quæ non minus quam parafiti
lautissimorum patrimoniorum gurgites sunt & fundo-
rum, ut ait ille apud Terentium, calamitates. Hinc
Theocritus paellam depasttricem alieni patrimonii fe-
stivè *καλαμαίαν* appellat, hoc est, locustam, quæ mes-
sem destinatam agricolis intercipere consuevit. *ἐσθλὰ
ἐπιεργαί*, ut Antiphanes ait apud Athenæum, *τὴν ἐπι-
εργαίαν συµφάσιν*, quippe cujus officium sit *σπλάγξαι τὰς ἐπι-
λάσιν*, spoliare eos, qui propius se admovent. Sic Nan-
nion meretrix, ut idem refert Dipnosophist. scriptor,
Thallum cauponem quendam bonis exhausti: Plau-
tina Phronesium adolescentem Dinarchum, de quo
servus queritur in Truculento: *Meretrix, inquit, meum
herum miserum blanditiis intulit in pauperiem, privavit bo-
niis, luce, honore atque amicis*. Nam id omnibus omnium
meretricum ingeniis insitum est, ut non tam gratia aut
elegantia moveantur amasiorum suorum, aut rationi-
bus

bus ullis ad obsequium magis flectantur, quàm tinnu-
lis, hoc est, pecunia numerata. Unde Plautinum illud
scortillum dicebat: *Oculata sunt nostra manus, credunt,
quod vident.* *ἐπιούρας* sive socias appellat Lucianus, quas
vero nomine *πιδρας* dicunt Græci, idque *ἐπὶ εὐφρο-
νισμῶν*, quò res ingrata grato significatur nomine. Sic
Latini *arvicolas*, Itali hodiè *contesantias* appellant, *τὸς αἰσθη-
τομένους*) quasi dicat Plutus. Ad eos abeam, qui nec
prodigi, nec avari rectè opibus uti sciunt, quam vir-
tutem *ἐλαθροσύνη* dixere Græci. Aristoteles peculia-
riter, *τὴν οὐκ ἐπὶ τὰ χρημάτων ἀρετὴν*, Chrysostomus in
Matth. *τὴν ἐν τοῖς πλούτοις ἀρετὴν*, id est, artem ar-
tium appellavit.

Οὗτοι ὅ-οι λαοὶ τῇ
πενίᾳ ζυμῶσιν, ὡς
προσλαμβάνουσι ἡμῶν. καὶ
διφθέραν παρ' αὐτῆς
λαβόντες, ἔδιδκαλαν,
ἀγαπῶντες αὐτοὺς,
τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν
φένοντες, οἱ δεκάτα-
λάντας δωρεὰς ἀπέ-
λυναν ἐργαστῶν.

At hi stupidi cum pau-
pertate commercium ha-
beant, quàm nobis ante-
ponunt: & acceptis ab ea
rhenone, & ligone, mi-
seri sat habeant, quatuor
obolos lucrantes: qui de-
cem talenta contemptim
dono dare solebant.

Timonem stupiditatis accusat, quod discinctè & pro-
fusè rem suam abliguriendo paupertatem opulentiæ

præferre videatur. *ἀέρος* vocant Græci homines stupidos ac voraces, semperque prædæ inhiantes. Cleonem hoc nomine insignit Comicus ob rapacitatem, quod quemadmodum avis illa in scopulis observat, siquid piscium possit venari: ita ille versaretur in Reip. negociis administrandis suum interim agens negocium. Erasmus ex Suidâ sic dici putat eos, qui faciles sunt ad dandum, indeque paræmiam fecit, *ἀέρον ἐὶ ἰλας*, *larum in paludibus*, ἢ *ἢ παρὰ δαυδιδόντων*, sed adversatur natura avis, quæ talis non est, ut liberalis sit, & faciliè communicet. Quare mendum esse suspicantur nonnulli, & pro *δαυδιδόντων*, legendum *δαυδιδόντων*. Nam & hoc de avi illa commemoratur, quod celeriter egerat, quicquid in ventrem demisit, ut & ea ratione profusa Timonis indoles designari possit. Vel dicendum, sic eum vocati ob stupiditatem: nam & hoc de laro traditur, quod faciliè decipitur, illiciturque a venatoribus. Vnde stolidos & *ἰλάς* eo nomine significant Græci, quemadmodum & *αἰσῆς*, & *σῆς* teste Eustathio *ἢ πρὸς τὸν ἰσθμὸν*) Elegans loquendi genus. *τὸ συνῆμα*, cum propriè de personis vivisque animantibus dicatur, venustè transfertur ad res inanimas, q. d. semper in paupertate versentur, eamque sibi velut amicum & comitem habeant. Sic Nicocles apud Athenæum, lib. 8, cap. 5. quem locum optimè restituit Scaliger: *Ἐὶ οὐρανὸν ἀνιέδωκεν ἐν δέσπῳ*, i. e. *oto die ad solis usque occasum tem habuit cum saperdis* (piscium genus est) id est, *saperdis esitavit*. Pro eodem *ἀμύλας* cibo legitur apud eundem scriptorem. *αἰσῆς* i. e. *καὶ δαυδιδόντων*. Vnde *αἰσῆς* apud Aristotelem profusa erogatio, quæ sit quasi projiciendæ, cui opponitur *ἀψῆς* Ethicor. 4.

Z. ὅθεν ἐπὶ τοῖς τὸν ὁ
 Τίμων ἐργάσεται ὡς
 σέ. πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ
 δίκηλλα παιδαγωγώ-
 ηκεν, εἰ μὴ πάντα πε-
 σιν ἀνάληγτις ἐστὶ πλὴν
 ὁσφὺν, ὡς χεῖρ σὲ αὐτὴ
 τὴ πενίας περαιρεῖσθαι.

Iup. Nihil in te istius-
 modi posthac facturus est
 Timon, quippe quem ligo
 abundè docuerit, (nisi
 prorsus nullum dolorem
 sentiant illius ilia) te po-
 tius quàm paupertatem esse
 eligendum.

Refutat querelam Pluti Iupiter αὐτὸν μὴ αἰσθάνων. Ne-
 que enim vero simile putat fore, ut Timon hoc arum-
 noso vitæ genere jam abunde correptus paupertatem
 opulentiae præferat. solent enim homines suo damno
 sapere. Sic Euripides de Pentheo: *καὶ γὰρ ἰσχυρὸν ἐμάρ-
 ταν*, idest, malo affinis didicit, revereri scilicet & colere
 Bacchum, quem antea spreverat. Vnde pereleganter
 Fabius apud Livium, eventum, *scilicet* *magistrum* ap-
 pellat. Et Plinius in Panegyrico, quem Trajano dixit:
misericordiam huiusmodi & ex periculis factam prudentiam vo-
cat. *παιδαγωγῶντος.*) Festivè Iupiter ligonem Timo-
 ni loco pædagogi fuisse ait, a quo probè sit domitus ac
 severiter castigatus. τὴ δίκη δὲ τὴν δίδωμι, quod personæ
 proprium est. *παιδαγωγῶν* posuit, ἀπὸ τὸ *παιδάζω*, cui
 castigatio quoque conjuncta est. Vnde verbum hoc
 non *erudiendi* solum, sed & *castigandi* significationem
 habet, cum alterum sine altero vix esse queat. αἰ μὴ &c.)
 Hæc verba *παιδαγωγῶντος* includenda sunt, ut rectè factum
 a Pererio. ἀνάληγτις πλὴν ὁσφὺν dicitur, cui lumbi do-
 lere nequeunt, ut fossoribus solent ex continua cor-
 poris incurvatione, & improbo labore.

σὺ μὲν

Σὺ ἰδὺπι πᾶνυ μεμ-
ψίμοιρⓈ εἶναι μοι δο-
κῶς, ὅς νῦν μὲν ἔ Τί-
μωνα αἰτιά, διότι σοι
πὺς θύρας ἀναπεπῶς,
ἡφίει πείνος ἐν ἐλ-
θέρως, ἔπ' ἀποκλείων,
ἔπ' ἐρηλοτυπῶν. ἄλλο-
τε ἢ πωῶσιον ἤρα-
νάκτες κτ' τῶν πλῆ-
σιων, κατὰ κλειῶν
λέγων πρὸς αὐτῶν ὑπὸ
μοχλοῖς, ἢ κλεισὶ, ἢ
σημείων ὑπεβολαῖς, ὡς μὴδὲ πῶ γινώσκαι σοι ἐς
τὸ φῶς δυνάσθην εἶναι.

*Ac tu mihi querulus
admodum esse videris, qui
nunc Timonem incuses,
quod tibi liberè vagari per-
miserit patefactis foribus,
nec Zelotypus in te, domo
concluserit. Aliàs autem
contrà in divites stoma-
chabaris, quum diceres
te ab illis, repagulis, cla-
vibus, & impressis sigillis
ita fuisse conclusum, ut
ne prospicere quidem in
lucem tibi liceret.*

Exprobrat Pluto Iupiter, quod sit natura querulus
& morosus. Est autem μεμψιμοιρία species quædam
injustitiæ & illiberalitatis, quod vitium non in cala-
mitosis pauperibusque & senibus duntaxat reperitur,
sed in divitibus etiam, quibus curia nescio quid semper
abest rei, ut Horatius loquitur. Etenim multas opes
accumulasse ejusmodi hominibus non est finis mise-
rarium, sed initium potius. Dicitur μεμψιμοιρⓈ qui
forte sua contentus non est. μεμψις enim querela, &
μῦθος, fatum, fors. De talibus loquitur Seneca lib. 1.
de Tranquillitate vitæ, ubi de amicorum delectu scri-
bens inquit: *Precipue tamen viventes tristes, & omnia de-*
plorant-

plorantes, quibus nulla non causa in querelas placet. *ὅς τιν' αὖ*) Rationem quoque subdit Iupiter, qua iniquam Pluri querelam coarguit. In prioribus verbis prodigorum ingenia moresque delineat, qui opes suas libere evagari sinunt, easque plena manu in quosvis effundunt. In posterioribus describitur indoles hominum sordidorum seu præparcorum. *εὐς δ' ἔργα ἀναιδέα* prodigorum est, qui januas aperire Pluto dicuntur, quum opes suas absque delectu ullo aut modo in obvium quemque conferunt & elargiuntur, quod ut in bonam partem interpretatur jocosus Iupiter: sic in malam accipit morosior Plutus. Infra *κατάλοιπον πλεον* ei opponit. *ἡφίαι*) Imperf. Atticum, quod intra augetur, *ἄβ' ἡφίαι τὸ ἐπιτρέπω*, permitto. sic & *ἡφίαι* pro *ἡφίαι*. Vide linguæ utriusque instauratorem Budæum. *ζηλοῦντων*) Proprie verbum hoc usurpatur de eo, qui præ fervore amoris rivalem non patitur: ad divites avaros hic transfertur, qui opes suas arca inclusas servant tantum, neque audent eas, ubi opus est, erogare. *σημαῖον ἐπιβάλλας*) signorum obiectacula vertit Erasmus: *impressa sigilla* Pererius, & quidem rectius. nam *σημαῖον ἐπιβάλλας*, idem est, quod *σφραγίζων*, & *σημαῖον* quod *σφραγίς*, sigillum. *περαχύψας*) significat transversim aspicere, quasque limis oculis & per fenestram, quod Pluto facere non licet cistæ inclusæ, totque depresso vectibus ferisque. conflatur hoc verbum ex præposit. *παρά*, oblique vel transversim significante, & *κύπτω*, caput inclino, pronus sum.

Ταῦτα γοῦν ἀπὸ
δύρα πρὸς με, ἀποπνί-
γας λέγων ἐν πολλῷ

Id igitur apud me de-
plorabas affirmans præfo-
cari te nimis tenebris: cā-
τῷ

τῷ σκότῳ ἔ δια τῷ
 ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνε , ἔ
 Φροντίδ' ἀνάπλε-
 ως , συνεπακὼς τὰς
 δακτύλους πρὸς τὸ ἔξος
 τ' συλλογισμῶν ἢ δ' ὀπο-
 ράσαι αὐτῶν , εἰ
 καιρὸς λάβοιο παρ' αὐ-
 τῶν .

que pallidus nobis occur-
 rebat, curis plenus, con-
 tractis contortisque digi-
 tis, ut fieri solet in ra-
 tionum collectionibus:
 quod si quando daretur op-
 portunitas, aufugiturum
 quoque ab illis te mini-
 tabare.

Speſtant hæc ſuperiora, ſive pars ſunt ſerix objur-
 gationis a Iove factæ. ἀπὸ σκότους ἐστίν.) Erasmus, *præfo-*
cari nimis tenebris, quem ſequitur Pererius. *malim*,
in tenebris. Neque enim caligo propriè dicta præfo-
 cationis cauſſa eſt, ſed ciſtæ anguſtia, cui incluſus eſt
 Plutus, quæ reſpirationem ipſi omnem præcidebat.
 ὠχρὸς) Pallor Pluto tribuitur ob auri colorem. hinc
 Diogenes interrogatus, cur aurum palleret? *quia*, in-
 quit, *plurimos habet ſibi inſidiantes*. Et revera inter ὠχρὸς
 πρὸς, & auri colorem nihil aut parum eſt discriminis.
 Vnde ὠχρὸς & χρυσοῦς conjunxit Nicander 2. Ge-
 org. ubi de violis loquitur. Elegantiffimus hic eſt ἡ
 φειδῶν character, cuiuſmodi quoq; legas apud Theo-
 phraſt. & Lucianum in Gallo, ubi Simonem quendam
 introducit divitem noctes dieſque inſomnes ducentem
 & digiris ſupputantem uſuras, itemque pallescentem
 præ nimia ſollicitudine. συνεπακὼς, &c.) 1. *digitis*
contractis ſeu contortis, quales habere ſolent homines
 ſordidi & ſæneratores ex aſſiduo colligendi ſuppu-
 tandique uſu. συνεπαίω enim *contraho, contorqueo*. Pro
 eodem

eodem Lucianus in Gallo dixit, τὰς δαυτέρας ἐπιτεταλ-
 μέναι, id est, *digitos habentem emaciatos & quasi extab-*
factos præ frequenti computatione. συλογισμῶν) Arith-
 metices vocabulum, proprieque partis illius, quæ λο-
 γισμὴ appellatur. Latini calculum vocant. Vnde calcu-
 latores ψηφισταὶ sive λογισταὶ dicti. Translata hæc postea
 ad scholas philosophorum. ἀποφασιαζ) Aoristus vim
 futuri habet, quod facit particula ἀνιηλικὴ ἢ non ex-
 pressa solum, sed & subaudita. Idem & vaf conver-
 sivum præstat apud Hebræos.

Καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγ-
 μα ὑπὲρδόνον ἐδόκει σοι,
 ἐν χαλκῷ, ἢ σιδηρῷ θη-
 λάμῳ, καθ' ἡμῖν ἔ-
 Δανάειν παρθένην εὐε-
 ἴτω ἀκρεβέσι, καὶ παμ-
 πνήροις παιδαγωγοῖς
 ἀνατρεφόμενον τῷ τέκῳ, καὶ τῷ λογισμῷ.

In summa, rem admo-
 dum acerbam iudicabas
 in æreo, ferreode thala-
 mo, Danaë's exemplo,
 virginem asseruari, atque
 à sedulis scelestissimisque
 pedagogis educari. Fa-
 pore, & Computo.

Εἰ σιδηρῷ θηλάμῳ.) Græci opes ejusmodi, quas tri-
 parci illi homines sibi tantum possident, & in arca
 abscondunt, scitè vocant πλῆτη ἀπλῆτα, quasi opes
 inopes, quod earum nullus sit usus, ut merito cum
 picturâ conferantur repositoria. Aristophanes ἀφανῆ πλῆ-
 τη appellat. Nam domus & agri celari non possunt.
 Herodes Atticus πλῆτη νεκρῶν, i. e. mortuum simili
 tropo dixit. quâ ratione διαμορτίεσθαι Πλάτωνα, Plutarchi
 carcerem vocavit arcas, aliaque id genus repositoria pecu-
 niarum, quibus captivæ veluti detinentur opes, ne in
 usum veniant. θάλαμῳ appellat hic Lucianus festiva
 cata-

catachresi, nimirum alludens ad fabulam Dánaes A-
 crisii Argivorum regis filiae. qui cum oraculo moni-
 tus esset fore, ut a nepote occideretur, filiam æneæ,
 id est, munitissimæ inclusit turri, cujus meminit Ho-
 rat. 3. Carm. od. 16. *ἡ ἀνεσίς*, &c.) Usuram &
 Computum scelestissimos vocat pædagogos, ut pote
 quorum opera & studio educatur Plutus, id est, au-
 gentur opes. Avari enim pecunias illegitimam ad usu-
 ram exponunt, & si quis intra præstitutum diem non
 solverit, *τέρας τόκῳ*, hoc est, usuram usuræ exigere non
 erubescunt, *ἀναγκισμὸν* vocant Græci, ut Theophra-
 stus etiam docet in Charact. *μυρολογίας*. Vnde Cice-
 ro ad Attic. lib. 5. epist. ult. *Nihil impudentius Scaptio,*
qui centesimis cum anatocismo contentus non est. Et hæc
 causa fuit, cur Cato Censorius, ut Tullius refert lib.
 offic. 2. omnem fœnerandi rationem, ut improbam
 damnârit. Talis enim usura, qua pauperes opprimun-
 tur & charitatis æquitatisque fines transiliuntur, non
 solum a Deo vetita fuit, sed etiam a Gentibus dam-
 nata. Improbum fenus exercentibus & usuras usu-
 rarum illicitè exigentibus infamiæ maculam irrogari
 voluere Imperatores Diocletianus & Maximianus. A
 morsu vel rosione *ἴψ* appellantur Hebræorum filii.
παρθένος dicitur virgo quæ in *γοιανίπιδι* custoditur &
 enutritur *παρὰ μητέρι καὶ δούλῳ*, ut Hesiodus loquitur. *κατα-
 κλείουσιν* vocabant veteres, id est, *reclusas & absconditas*.
 Hinc Phocylides monet, virginem custodiendam esse
 bene obseratis cubiculis, & non permittendum, ut
 ante nuptias extra domum conspiciatur. Et Theocri-
 tus *παρθένον ἐν θαλάμῳ* opponit *ἐν ὕμῳ*, id est, spon-
 sa. *קַמְלֵךְ* Hebræis dicitur, a radice *קָמַל*, quod
 est, latuit. Verum *τὸ παρθένος* hic loci sumitur, pro
 virginem perpetuò & incorruptam servari, ut Vestales
 olim,

olim, & hodie Moniales, quatenus *παῖς* vox
sexus integritatem significat, & puellam *ἀνέπαφον*.
Devotam virginem, appellat Ambrosius. Vnde *παρθένη*
dicitur ipsa actio *ἢ παρθενία*, cum aliqua
perpetuum custoditur virgo, vel intacta manet. Sic
Lucianus de saltatione dicit, bonum saltatorem de-
bere imprimis scire *τιῷ Δανάῃ παρθένῳ*, quomodo
Actisius Danaen in turri ahenea virginem asservavit.
ubi tamen alii legunt *ἀνέπαφον*, ut defloratio ejus
intelligatur.

Ἄπαυ γαῖν παῖν
ἴφασκας, ἱρῶντας μὲν
εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν
ἢ ἀπολαύειν, ἢ πλ-
μῶντας, ὅδε ἐπ' αἰδέας
χρῶμεν τῷ ἱρῶν, κυ-
εῖας γ' ὄντας, ἀλλὰ
φυλάττειν ἐγρηγορό-
τας, εἰς τὸ σημεῖον, καὶ τ'
μοχλὸν ἀσκαρδαμυκ-
τὴ βλέποντας, ἱκανὴν
ἀπολαύειν οἰομένους. ἢ
τὸ αὐτὰς ἀπολαύειν
ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ
μεταδιδόναι τ' ἀπολαύ-
σας, καθάπερ τῷ ἐν
τῇ φάτῃ κυῖα, μήτε

Eos proinde absurde
facere aiebas, quod te pre-
ter modum adamarant,
neque, cum liceret, frui
auderent, nec quamvis es-
sent domini, securè suo
amore uterentur: sed vi-
giles observarent, ad sigil-
lum seramque immotis
oculis intuentes, abundè
magnum fructum arbi-
trantes à se percipi, non
quod ipsis fruendi facul-
tas adesset, sed quod nemi-
ni fruendi copiam face-
rent; non aliter quam in
presepi canis, qui nec
ipse bordeo vescitur, nec

F

αὐτῷ

αὐτὸν ἐδίδρασκον ἔκαστος. famellum equum vesci
 ἴων, μήτε τῷ ἰσῶσι finit.
 πινῶντι πιπτεῖσθαι.

Sordidorum hominum ingenia porro describit, qui præter modum divitias amant, easque summa cura ac vigilia custodiunt, suum interim defraudantes genium, nec aliis fruendi copiam facientes. ἰδὲ) Atticè, cum liceat, διγὰρ ὅλῳ. Participium absolūtè positum. Sic οὖν, παρὸν, ἀποσῆκεν, δίδω, ἔτιμω & sexcenta alia apud bonos auctores legere est. ἀπαρδαμένῳ) Adverbium est, oculis non conniventibus, id est, ἀκρυμύτοις, ut interpretatur Hesychius, quod conflatum esse volunt ex α privante, & verbis σκῆπτω falio, itemque μύω, claudio. Apulejus dixit, oculis inconnivuis lib. 6. Alini aurei. Paria de avaris refert Theophrastus cap. de sordida parcimonia : μικρολόγῳ, inquit, τὰς ὁρὰς ἐπισκοπεῖται ὁσμέρας, quotidie terminos suos inspicit; ecquid scilicet immoti eodem loco iisdem maneat. Sunt enim ejusmodi homines semper pavidī & anxii, suisque rebus velut appōiti quidam custodes. Quemadmodum & Plautinus ille Euclio oculos semper in ollam coniectos habebat, quam auro onustam post ædes sub terram defoderat. Plutus istiusmodi pecuniarum incubos & sollicitos observatores non dissimiles esse ait τῇ αὖ φάνη καὶ hoc est, cavi in præsepī, qui nec ipse vescitur hordeo, nec equum famelicum vesci finit. Lucianus eandem usurpat paræmiam adversus indoctum, qui egregios codices inclutos diligenter asservabat, quos nec ipse unquam evolvat, nec aliis evolvendi faciat copiam. Simile quiddam refert Athenæus lib. 6. de gente quadam Galatarum, qui dicunt-

dicuntur Cotdistæ, vel, ut alii scribunt, Scotdistæ: abominantur aurum, inquit, nec important in suam regionem, nihilo secius tamen alios non desinunt eo spoliare. Erasmus in Chilad.

Καὶ ποσὶ π γὰ καὶ
καπιλάας αὐτῶν φε-
δομῶν, καὶ φυλατῶν-
των, καὶ τὰ καινότητων,
αὐτὰς ζηλοτυπούντων,
ἀγροέντων ὅς ὡς κατὰ-
ρατῶν οἰκίας, ἢ οἰκο-
νόμου, ἢ παιδοτρέφου
ὑποσιῶν λαθραίως,
ἐμπαροινήσει τὰ κακὰ-
δαίμονα, ὅς αἰέτασον
δεσπότην, πρὸς ἀμαυ-
ρόν τι καὶ μικρόστομον
λυχνίδιον, καὶ διψαλέον
θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἰαίους τοῖς τέχναις.

Quin etiam ridebas
istos qui parcere, asser-
varentque, & (quod esset
absurdissimum) se ipsos
zelotypia prosequerentur;
nec intelligerent fore, ut
aut sceleratissimus famu-
lus, aut æconomus, aut
puerorum præceptor furtim
subiret, ludibrio habitu-
rus infelicem & inama-
bilem herum, quem postea
smat ad fuliginosam, &
oris angustæ lucernulam,
ac siticulosum scirpulum
usuris invigilare.

Iupiter Pluti expostulationem, ut iniquam & nullæ
juris specie subnixam rejicit, cum eo nomine, quo
accusatur Timon, potius sit laudandus, quam vitupe-
randus. Avaritiæ enim opposita est profusio. Præclare
ait, avaros ζηλοτυπεῖν αὐτὰς, hoc est, sibi ipsis invidere
divitiarum suarum usum & fructum, cum non au-
deant eas, ubi res postulat, erogare. τὰ καινότης) Hæc

formula loquendi per parenthesisin sæpe usurpatur de re valde inusitata, quamque maximè mireris. Quid enim magis mirandum magisque novum, quam homines reperiri suum defraudantes genium & naturæ subtrahentes quod suum est. cujusmodi meriò suis domesticis ludibrio sunt, & ab iisdem compilantur. Nesciunt enim hi *την φύσιν*, quid sit hominem optimè de se mereri. Rectè poëta Venuſinus ſerm. lib. 1.

Nescis quò valeat nummus? quem prabeat usum?

Panis ematur; olus, vini sextarius: adde

Quæ humana sibi doleat natura negatæ.

Est enim ὁ *χρησίμων*, .i. rerum utilium, ut inquit philosophus. Vnde & *χρήματα* dixere Græci ἀπὸ *χρήσις*, ab usu, extra quem ne in bonis quidem censenda sunt. *ἐμπαιγνίσις*) propriè significat, per vinum & temulentiam injuria vel probro afficere. *παρ' οἷον*. hinc *παργινία* doctissimo Grammatico, ἡ ἐξ οἷου ὕβρις. Ciceroni, per ebrietatem illusio, in Antonium apud Dionem Cassium. *πρὸς ἀμνηστῆν*) Est hic propriissimus avari character ad scirpulum sive lucernulam usuris Invigilare. *ἀχρονίον ἢ ἀναλογίζιον τὸς τέκας* in Gallo dixit Lucianus. *μικροτάμνιον* vocat lucernulam parvi vel angusti oris, cum latiores plus olei consumerent. Ita Strepsiades senex avarissimus lamentatur apud Aristophanem in Nebul. & puerum tantum non verberat, quod ellychnia lucernæ adhibuisset nimis crassa. Et Philocleon itidem senex filium objurgat, quod stuppas non acu vel festucâ produxisset, sed digito, *ἢ ταῦτα*, inquit, *ἢ ἰλαίς ἀναίζοντες*, idque tanta olei penuria, in Vespis. *ἡρωαλίδιον*) *juncum* vel *ulvam* interpretantur: alii folium ficus fuisse putant. Diminutivum est à *ἡρωαλῆς*, lucerna, *ellychnium* ἀπὸ *ἡρῆς*, quod est herbæ genus, ex quo fiebant antiquitus

lucernæ.

Iucernæ. Pollux. τὸ δὲ ἐνθάδε τὸ ἐν λόγῳ ἡρακλῆς, ἰαχύνιον, φλογμὸς, lege φλόγος. Verus glossarium ab H. Stephano editum testatur ἡρακλῆδα esse φλόγος. At φλόγος Hefychius herbam interpretatur, quæ usum lychni præbebat. Ἀψαλίον) id est, *sticulosum*, cui non satis olei affusum est. Sic πολυδίψιον Ἄργος dixit Horæus: *sticulosam Aruliam* Horatius, ob aquarum penuriam, quasi aridam & siti hiulcam, ut loquitur Virgilius in Georgic.

Πῶς οὐδ' ὅκ' ἀδικῶν
πάλα μὲν (εἰ) πάντα
αἰτιάσθαι, νῦν δ' ἐπὶ Τί-
μῳ τὰ ἐναντία ὀπι-
καλεῖν; Πλῆ. ἢ μὲν
εἴ γε πάλῃ τῇ ἐξετάσει,
ἄμφοσιν ἄλογα δοξά-
σκειν. Ἔτι γὰρ Τίμῳ
πρὸ πάντων τῶν ἀνδ-
ρώδων, ἀμελὲς, ἢ ὅκ'
ὄνοικόν ὡς πρὸς ἐμὲ
εἰκότως ἀνδοχείη.

Annon igitur iniquum
cum hæc olim incusave-
ris, nunc his contraria
Timoni obijcere? Plut.
Atqui si veritatem inqui-
siveris, me utrumque ra-
tioni consentaneum facere
iudicabis. Nam & Ti-
monis huius nimia leni-
tas, negligentia, non be-
nevolentia, quod ad me
attinet, meritò videa-
tur.

Concludit ex his omnibus Iupiter Pluti querelam esse injustam, nec admittendam in diversis diversa criminantis, nec sibi constantis. ἐπιτίμησι παρά τὸ αἴτιον appellat Theophrastus. Qui tenentur eo vitio, homines censentur iniquæ mentis, quibus sunt questus paratiores, quàm gratiæ. ἄμφοσιν. Docet hic Plutus

se prodigos pariter ac tenaces illos meritò damnare, cum verus divitiarum usus in mediocritate consistat. εὐδαιμονία, lenitatem interpretantur alii, minus rectè, cum in vitio ponatur, eaque voce soluta quædam profusio, & immodica libertas significetur. Pererius optimè nimiam lenitatem exponit. Sed de hujus verbi elegantia & vario usu consule Budæum, pag. 545. Neutra illa adjectiva ἀνθρωπινῶς ponuntur loco substantivorum suorum, q. d. ἡ ἀνθρώπου φύσις, ἀνθρώπου, ἢ τὸν ἄνθρωπον. Quæ sequuntur verba, ὡς πρὸς ἐμὴν perperam versa sunt a nonnullis: quod bene erga me affectus non sit. Nam τὸ εὐδαιμονίαν, non ad se refert Plutus, sed ad illos, in quos sua bona tam prodigè effuderat Timon. Rectè Salmuriensis. Ad me quod attinet, ὡς πρὸς ἐμὴν, supple ἀνίκεν.

Τέστι αὖ καὶ ἀκλή-
στον ἐν Ἰνέροις, καὶ σκο-
τῷ φυλάττοντας, ὅ-
πως αὐταῖς παχύτερον
ἡροίμεω, καὶ πιμελῆς,
ὣς ὑπεροχῇ, Ἰπι-
μελεσμένοις. ἔτι περὶ
συνπλοκάς αὐτὰς, ἔτι
εἰς τὸ φῶς περάζον-
τας, ὡς μηδὲ ὀφθαλμοῖς
πρὸς τὴν, ἀνοήτως
ἐρομίζον εἶναι ὡς ἔρ-
γας, εἶδεν ἀδικεῖντα με

Illos verò qui me ostiis
ac tenebris inclusum ser-
vant, & ut crassior, pin-
guior, imò impenitus fiam,
operam dant, nec tamen
attingunt ipsi, nec in lu-
cem producunt, ne à quo-
quam videar, illos inquam
amentes & contumeliosos
rectè putem, quippe qui
me infontem tot in vin-
culis putrescere cogunt,
non intelligentes brevè sibi
abeundum, & me alii cui-

ὑπο πάσης δεισμῶς πιδν, καὶ fortuna favē-
καταλήπτης, δοκεί. rit. relinquendum.
δοῦναι ὡς μὲ μικρὸν ὑπίαζειν ἄλλω πνι τ' ὁδοῖ-
μῶν με καταλήπτης.

Hujus membri ἡμεῖς descriptionem continet ho-
minum sordidorum. κατὰ τὴν ἀρχὴν λέγειν vocat divitias
in arca reclusas, quæ quidem asservantur ab avaris,
sed non ad debitos usus depromuntur. ἡμεῖς οὖν κατὰ
τὴν ἀρχὴν simili ratione dixit Sextus. Et vestem cataclissam
Apulejus more Græco accepit, pro veste pretiosa,
quæque in arca claudit servarique solet, ut ad Tertul-
liam pallium notat vir consummata etulsiōis Cl.
Salmesius. παρόπιστος.) Grassior pinguiorque redditur
Plutus, cum in cista clausæ, opes usura & turpibus lu-
cris accrescunt & augentur. ὑπερβολή.) Sic proprie
vocatur qui supra modum tumidus vel pondere gravis
est. ὄψος enim tumor, gravitas. ad divitias scilicet trans-
fertur. Sic Plato ὄψος ὑπερβολήν dixit ingentes & ni-
mias opes, in epistol. κατὰ τὴν ἀρχὴν.) In activa hic signi-
ficatione accipitur pro facere vel finire ut putrescant.
Similiter & Theophrastus in Charact. sordidorum
hominum mores describit. τῶν μικρολόγων, inquit, καὶ
τῶν ἀφροδισίων καὶ τῶν ἰσχυρῶν καὶ τῶν ἐμψυχῶν. id
est, sordidorum istorum hominum loculos videas situ obritos,
& claves ferrugine illitas. Cujusmodi divitibus exitium
denunciat apostolus iacobus, epistolæ suæ cap. 5.
vers. 2. & sequentibus. Ubi iisdem pæne verbis
utitur: Σκωδῶντες scriptor, quibus hic Lucianus &
Theophrastus. εἰς τὴν ἀρχὴν.) Ex hac ἡμεῖς ὁδοῖμας infan-
tia est non minima, quod dum vivi opibus uti me-
ritur, eas post hanc vitam, quæ nulli vel ad unum

diem certa est; aliis cogantur relinquere. P. Syri dictum est: *avarus nisi cum moritur, nihil rectè facit*. Et enim qui sese pecuniæ studio addixit, nulli commodus est, dum vivit: sola mors voluptatem & emolumentum adfert hæredi: non secus ac sus quæ luto semper immersa, non nisi perempta lardo suo prodest. Unde Flaccus passim suos hortatur ne genium defraudent, sed ubi res tempusque exigunt, partis bonis honeste fruantur:

*Quis scit, an adjiciant hodierna crastina summa
Tempora Dii superi?*

*Cuncta manus avidas fugient heredis amico
Quæ dederis animo.*

ἡ εὐδαιμόνεια. Sic vocat futuros bonorum possessores, quibus singulari hoc modo Deus aut fortuna favorit. εὐδαίμων voce τοῦ εὖ καὶ τοῦ δαίμονος, five εὐνοίας, non raro designant Græci, & homines copiosos εὐδαιμόνας appellant. Enripides:

Πλάττω δὲ δαιμόνιον ἀδελφεῖς γάρ μοι.

Τὴν μὲν γὰρ εὐχόμαι αὐτῷ βελτί.

Μάμιν γὰρ καὶ δούλι πῖς εὐδαιμόνι.

Latini quoque beatos vocant divites. Sic Plautus in Pænulo:

Aurum in fortuna invenitur: natura ingenium bonam.

Bonam ego, quàm beatam me esse nimis dici mæ volo.

οὐτ' ἐν κείνῃς, & Quocirca neque illos
πρὸς πάντῃ περὶ προκοπῇ, nec hos qui ni-
πρὸς εἰς εἰς τῶν ἐπιπλοίων, facili mibi manius
νῶ, ἀλλὰ οὐτ', ὅτι ἀδύνατον: sed eos, qui,
αὐτοὶ

ἀρεσὶν ἴσι, μέτρον ἴππ- quod est optimum, me-
θίστας τῷ πράγμα- diacritate utuntur, ut nec
τι, ἔ μὴν ἀφεξομέ- prorsus abstineant, nec
ως παρέρπυν, μήτε penitus profundant.
πυρρομύρας πὶ ὅλοι.

Laudat mediocritatem Plutus, hoc est, eos, qui nec facile nimis ipsi manus admovent, quod prodigiorum est: nec penitus ab eo abstinent, ut homines sordidi. Tales & ipse sibi habere optat apud Aristophanem, idem Plutus, nimirum qui in re familiari administranda modum teneant, τὸ μέτρον, qualem se gloriabatur esse Chremylus. Ἐγὼ, inquit, χαίρωσι φειδύμενος, ὡς ὑδὶς ἀνέχ. πάλιν δ' αἰαλῶν, ὡς δὲ τὸν δῖον, id est, Ego lubens mea comparco, si quisquam alius: rursum ubi opus est, sumptus facio. μέτρον ἐπιθέτω τῷ πράγματι, est rebus modum imponere. quod & Horatius expressit Serm. lib. 1.

— non ego avaritiam

Cum voto te fieri, uirgati jubeo ac nebulonem.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra citraque nequiter consistere rectum.

Σκέπῃ γὰρ ὁ Ζεὺς
πρὸς δὲ Διὸς, εἴ τις νό-
μῳ γήμας γυναικᾶ
ρίαν, καὶ καλῶ, ἔ-
πειτα μὴν φυλάττοι;
μήτε ζηλοτυπῶν πα-
ραίτων

Etenim per Iovem il-
lud considera Iupiter, si quis
ubi juvenem & formosam
uxorem lege duxerit, postea
neque observet neque om-
nino zelotypia prosequa-
tur, concedens illi ut noctem

μάπαν, ἀφίης ἢ βα-
 διζέειν εἶναι αὐτὸν εἰσελθόντα,
 τὴν πόλιν, καὶ μετ' ἡμέ-
 ραν, καὶ εὐκταίναι τοῖς
 βυλομύθοις, μᾶλλον ὅ-
 αν τὰς ἀπαρχὰς μοιχαλ-
 ῆται μὲν αὐτοῖς γὰρ τὰς
 ἴστας, καὶ μακρῶ-
 τέρων, καὶ πάντας ἐπὶ
 αὐτῶν καλῶν, ἀργα-
 τιστῶν. Ὁ δὲ ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος αὐτὸν ἔειπε τῷ Ζεῦ τῷ
 Φαίῳ, ἐργασθεὶς πολλὰ καὶ

neque interdū eat quō de-
 lit, & rem cum quibuscū-
 bet habeat, vel potius ul-
 tro producat ut adultere-
 tur, fores aperiens, pro-
 stituens, & omnes ad eam
 invitans, nam hic amare
 videbitur? profectō hoc tu
 nequaquam dices Iupiter,
 qui septennumero amorem
 senseris.

Egregia similitudine rem illustrat Plautus per
 ἡρώεσσαν instituta. Prodigum marito comparat, qui
 uxorem suam liberè ovagari sinis, omnibusque sine
 delectu prostituit. (ὡς οὐκ ὄντως.) De ea dicitur, qui le-
 gitimam duxit uxorem, adhibetis omnibus solemnibus,
 ad differendam. Ἡ δὲ ἀνάγκη ἐστὶν ἀπορρίπτου. Quicquid
 enim extra leges matrimonii fit, scortatio est, sive cum
 unā consuetudo fuerit, sive cum pluribus, hinc & con-
 cubina meretrix est, licet una, ut eam appellat Hie-
 ronymus. Recte Augustinus de Tempore serm. 164.
 Velis, nolis, illa quæ præter uxorem tecum dormit, est me-
 retrix. Illud γάμος est ab ἀνόμῳ γάμῳ τὸ γαμήιον, uxorem
 dūco, quod de viro propriè dicitur, ut γαμήϊον de fœ-
 mina, μίτρα λεγόμενον.) Fidelis enim ἡ γυνὴ est uxorem
 suam, præfestim ætate florentem, formosamque, cum
 propter sexus imbecillitatem multis exposita sit per-
 culis,

culis, observare & laudabili zelotypiâ prosequi, neque
 permittere, ut noctu atque interdium eat, quò libitum
 est. Quàm periculosa enim minusque probanda sint
 vagæ illæ mulierum eliminationes, ostendit pictor ille,
 qui Venerem nobis exhibuit testudini insistentem, quò
 docere voluit, fœminas debere esse casarias, ut veteri
 utar verbo, quibus cum tardigrado illo animali, *οἷον*
fit φιλόν, οἷον ἄλγος. Xenophontis præceptum est
 in Oecon. Τῇ γυναικὶ πάσις ἰδοὶ μέγαν, ἢ ἡγευδῆν, *mu-*
lieri satis est domi manere, quàm extra eam versari.
 Unde & Belgis à domestica cura *huysvrouw* dicitur.
μαστρίβαν) idem quod *αὐτομαστρον*. Lenonum est, qui
 uxores suas filiasve lucri causa prostituunt. Quod
 genus hominum prò dedecus! nullo unquam seculo
 defuit. Talem describit Juvenal. Sat. 1.

*Cum leno accipiat moechi bona, si capiendi
 Ius nullum uxori, doctus spectare lucrar.*

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

μαστρίβαν designat, qui se dormire simulat, quò licen-
 tius uxore sua potiatur alius. Ejusmodi maritos pœnâ
 mortis afficiendos censuit Æschines contra Timar-
 chum. *ξυνοῦναι*) De conversatione Venetæ honestè
 dicitur. Sic & *συζητοῦν, συμβολῶν, συναρτῶν, συναρτῶν,*
 & similia usurpant Græci. *συμὸς λόγος* appellant Græci
 Patres. *τῶν βυλορῶν*) Ejusmodi mulier *υποκρίνα* ap-
 pellatur in jure Civili, quod & Veneris *γυνή* epi-
 theton est apud Lucetium. Euripidi *ἐμπλάτης* quod
 neminem refugiat, sed omnibus se applicet, & adjun-
 gat. *Communes maculas* cum Erasmo appellare liceat.
 ἢ *σύν* &c. Communicationis schema, quod valet ad
 extorquendam adversario confessionem, dum videt
 nos in æquitate ejus judicium ponere, simulque Jovem
 ex obliquo ut mollem & stupri reum traducit auctor.

ἢ δὲ πε ἑμπελιν
 ἐλθόντων γυναικὰς εἰς
 τὴν οἰκίαν νέμειν ὡς
 λαβόντων δότῳ παί-
 δων γνησίων, ὃ ἵ, μήτε
 αὐτοὺς πορνεύσιν οἱ αἰ-
 μαίας καὶ καλῆς παρ-
 θένος, μήτε ἄλλῳ πορ-
 νείν. Παιτέρι, ἄ-
 γονον ἵ καὶ εἶρην κατὰ
 κλείας παρθένους, ἔ-
 παύται ἑρᾶν φαύλων καὶ
 διήλθον ὧν δότῳ τῆς
 χροῆς, καὶ τὴν σαρκὸς
 ἐκλετηκίας, ἔ τ ὁφ-
 θελμῶν ὑποδεδυκ-
 των, ἔδ' ὅπως ὁ τι-
 τος ἔ παλαίειν δό-
 ξεν ἄν, διὸν παρδο-
 ποιῆσαι, ἔ δότῳ λαύειν
 τὴν γαίαν, κατὰ μαρμαί-
 των ὡς πρὸς ὥπιν ἔτω καὶ
 ἐπίρρατον κέρων, κα-
 γὰρ περ ἱέρειαν τῇ θεομορφῶν τρέφων διὰ παν-
 τὸς ἔ βίει.

Rursum sequis inge-
 nnam lege domum dedu-
 cat, acceptam ad libero-
 rum legitimorum procrea-
 tionem: ceterum nec ipse
 contingat florentem etate,
 decoramque virginem, nec
 eam ab alio aspici sinat,
 sed inclusam, orbam, ste-
 rilemque in perpetua vir-
 ginitate contineat, ac in-
 terim se amore teneri di-
 cat, & hunc prae se ferat
 colore, corpore exhausto,
 refugis oculis, num fieri
 potest, ut talis quispiam
 desipere non videatur,
 quippe qui, cum liberis
 oportuerit operam dare,
 fruique conjugio, puellam
 adeo formosam atque ama-
 bilem sinat emarcescere,
 per omnem vitam, tan-
 quam Cererem sacerdotem
 alens?

Altera pars similitudinis priori opposita. Avaros contra similes esse docet marito, qui uxore sua, quam ætate & formâ vegetam pulchramque duxit, uti non audet, sed intactam servat, & marcescere finit, cùm matrimonii leges postulent, amoribus ejus frui, ac liberos procreare. *γαμῶν νόμος παρελθὼν*) idem est quod supra, *νόμος γάμου*. Addit, *ὡς τὸ εἰς αἰῶνα*. Solebant enim sponsi novam nuptam parentum suorum domo in suam deducere. hinc natum illud loquendi genus apud Græcos pariter & Latinos: *γαμῶντα εἰς αἰῶνα παρελθεῖν*, vel *ἀγαθῶς*: Romani, *uxorem domum ducere*, vel simpliciter *ducere* dicunt. Hesiodus in Operib. *ὦ φίλοι γαμῶντα πρὸς εἰς ἀγαθῶς*. *Tempestivè uxorem domum tuam ducito*. Sic Homerus, & alii locuti. *ἰδούτις* vocat mulierem, ingenuis parentibus natam, non servam aut manumissam. *ἐπ' ὀρότρῳ*) Eleganter *ἀγαθῶς ἢ καίῳ* pro *liberorum procreatione* dixit. Plutarchus in lib. de præceptis conjugalibus quadruplicem proponit arationem: unam in Sciro, secundam in Raria; tertiam sub ipsa urbe, quam à jugo boum, Busigium nominat; quartam verò omnibus hisce sanctiorem esse dicit, procreandorum liberum. Simili figura loquitur Isidorus Pelussota lib. 3. epist. 243. *Τὴν γὰρ παρθένον*, inquit, *ὡς ἀνὴρ σωμαπτόμενος γοναῖσιν, ταῦτα γόνιμους παῖδας, διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἡ σωμαφεια ἢ καὶ νόμος, ἐπ' ὀρότρῳ καίῳ*. (Sic, malim cum Luciano & Plutarcho, ut etiam notat Gatakerus, quàm *ἐπ' ὀρότρῳ*) *ἰλέγας γίνεσθαι καὶ γονεῖς οἱ παῖδες πλεῖνται*. Sunt autem bellæ & verecundæ ejusmodi locutiones quæ sumuntur ab agriculturâ. Sophocles de Oedipode: *τὴν πικρὴν ἕρση*, matrem aravit, pro matri semiscuit. Et *σάβρον καίῳ ἄλσος*, dixit Euripides tragico more, pro liberos procreare: ad verbū, *seminare liberorum sulcum*.

sulcum. Quin & *αἰετός* pro humore prolifico; ipsiq; adeò liberis non rarò accipitur, qui & *fructus ventris* in sacris litteris appellantur. Præclare Tertullianus lib. de anima, cap. 27. *Natura veneranda est, non erubescenda: concubitum libido, non condicio fœdavit, excessus, non status est impudicus.* *παῖδες γυναικῶν*) Sic dicuntur, qui originem habent legitimam, non νόμιμοι aut ὑποβόλοι. id est. *spurii vel supposititii.* *αἰσχρολογία*) Verbum *αἰσχρολογία*, ut & simplex *ἄπλοια* de congressu accipitur viri cum muliere. Sic Apostolus. 1. ad Corinth. cap. 7. *Καλὸν ὁ ἄνθρωπος γυναῖκα μὴ ἄπλοια, Bonum est virum mulierem non attingere, id est, uxorem non ducere, aut cum eâ commercium habere. Tremellius: ad mulierem non appropinquare, quemadmodum & שׁוּן sive כָּךְ apud Hebræos, & τὸ πλεσιάζει Græcis eo sensu non rarò usurpantur. hinc virgo ἀθικτή sive intacta, quæ virum experta non est. *ἐξέχρηται πύξιν*) i. corpus exhaustum & extabefactum, ut evenire solet nimio Veneris desiderio flagrantibus nec amore suo potiuntibus. De virginibus idem affirmat Erasmus in colloquio proci & puellæ: *Vidi multas, inquit proci, quæ ante nuptias pallebant, languebant, ac velut contabescebant, ex congressu viri sic enituisse, ut tum demum florere cœperint.* *ἐνέλιπται* est paulatim extabescere & emaciari. *ὁφθαλμοὶ ἀποδιδονάτες*) sunt oculi refugati & intorsum reclusi, quod fit ob defectum humoris per calorem confusum, ut docent medici. *παρρησιάζομαι*) i. e. desipere, hallucinari, *παρρησιάζομαι*. Sumpra tralatio ab iis, qui fides perperam pullant. *κεράτις ἱέρειας*) Ceteri sacerdotem alere dicitur, qui uxorem *παρρησιάζομαι*, hoc est, virginem & intactam servat. Tradit Theocriti scholiastes ad Idyll. 4. legem fuisse Atheniensibus, ut Thesmophoria (festa erant Cereris)*

quot-

quotannis celebrarent virgines mulieres, vitæque honestæ, quæ per solennitatis diem legales libros & sacros vertice gestantes, tanquam supplicantes Eleusinen contenderent. Idem testatur Ovid. lib. 10. Metamorph.

*Festa pia Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus niveâ velata corpora veste
Primitias frugum dant spicæ fersa sarrum,
Perque novem noctes Venerem tactusque viriles
In vetitis numerant.* —

Hanc continentiam ut sibi faciliorem redderent, salicis aut viticis (ἄγρος Græci vocant quasi ἄγριος) folio lectos insternebant. vide Dioscor. libro 1. cap. 136. & Plinium lib. 23. cap. 9. Nam & salicem habere vim perimendi seminis & libidinis extinguendæ auctor est Theophrastus. ἀφροδισιακὸν ἀέλουρον vocat Nicander. Utebantur ad idem præstandum αἰχμή & camilagine, ut testatur Theocriti commentator Idyll. 7. quæ utraque planta refrigerandi summa vi pollet. ἡ ἰσχυρὴ ἰσχυρὰ sup. Ἀμύργη. Sic appellatur Ceres ob legum inventionem. ἡ ἰσχυρὴ Hesychio ἰσχυρὴ. Legiferam dixit Virgil. 4. Æneid. ad quem locum sic Servius: *Leges Ceres dicitur invenisse; nam sacra ipsius Thesmophoria, id est, legumlatio vocantur. Sed hoc ideo fingitur, quia ante frumentum inventum a Cerere passim homines sine lege vagabantur, quæ feritas interrupta est, postquam ex agrorum discretionem nata sunt jura.* Σιμοφώρα Ceteris meminit Lucianus, quia de matronis loquitur, quæ Thesmophoria celebrantes a vitorum complexu abstinere debebant sive ex maritos haberent, sive viduæ essent & ἄναιστος. De quibus & Juvenalis. *Pauca adeo Cereris vittas contingere digna.*

Ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀγα-
 νασκῶ πρὸς ἐνίων ἰδὼ,
 ἀτίμως λακτίζομαι,
 ἔλαφυσόμαι, ἔ-
 πλαισθόμαι. Ὡς
 ἐνίων γ', ὡς περ σιγμα-
 τίας δραπέτης πεπι-
 δημό.

Hæc & ipse indignor,
 quum à nonnullis igno-
 miniosè cædor calcibus &
 lanior, & exhaustior, à
 nonnullis contrà perinde
 ut stigmaticus fugitibus
 compedibus vincior.

Duo se hominum genera odisse ait Plutus, pro-
 fusi nimirum ingenii divites & præparcos. Priora
 verba in prodigos quadrant & discinctos nepotes, à
 quibus λακτίζω dicitur Plutus, & λαφύσας, id est,
 calcibus cædi & dilaniari. oratione utitur emphaticâ.
 τὸ λακτίζω est λέξ ἡ λακτισμὸς πάλῃ, calcibus cæ-
 dere. Ad λέξ refert Eustathius, à quo fut. λέξω, ἢ in a
 verso Doricè. At λαφύσαι verbum est lurconibus
 aptum. Significat enim διαψιλῆς καὶ ἐπὶ πολὺ λαπάτιον
 καὶ ἐκκεῖν, ut exponit Athénæus, hoc est, largiter
 & plurimum consumere & evacuare. Alterum orationis
 membrum describit avaros, qui Plutum ut captivum
 & vinctum serviliter detinent sibi que asservant tan-
 tum. σιγματίας.) pro servo accipitur, cujus fronti
 stigma sive nota φφ candenti ferro imprimebatur, ut
 agnosceretur, præsertim si aufugere consuevisset, quod
 probrosum erat. Plautus *litteratum* festivè appellat. Me-
 minit ejus rei Plutarchus in Nicia, ubi de Athenien-
 sibus in Sicilia captis, Καὶ αὐτοὺς, inquit, οἰκίρας ἐπ' ὅλων
 σιζούσι ἱκανοὶ εἰς τὸ μέταπρον. Et eos ut servos vendebant
 equi signo eorum fronti impresso. Item Valerius Max.
 lib. memorab. 6. cap. 8. Servus ab eo vinculorum pæna
 coerci-

εὐρησίου, inextinguibilisq; litterarum nota per summum oris
contumeliam inustus. πινυμένη) Servi enim in nervo
& compedibus habebantur. hinc πινυμένη δαίμων apud
Hesych, & Suidam. πινυμένη verò omne genus vinculo-
rum significat, quibus maleficorum pedes constri-
guntur.

Ζεύς. Τί γ' ἔν ἀγα-
νακλῆϊς κατ' αὐτῶν; δι-
δῶκε γὰρ ἄμφω κα-
λὴν τ' δίκην. οἱ μὲν,
ὥσπερ ὁ Τάνταλος,
ἀποτοι, ἔσθ' ἄγαστοι, καὶ
ξηροὶ τὸ σῶμα, Πίνκε-
χλέωτες μόνον τῷ χρυ-
σίῳ. οἱ δ', καθύπερ ὁ
Φινός δαπὶ τ' Φάρυγ-
γος τ' τροφὴν ὑπὸ ἀργυρῶν ἀφαιρέμυροι.

Iup. Quid igitur ad-
versus illos indignaris? u-
trique enim egregias lunt
pœnas: Hi quidem dum
Tantali in morem, nec
bibere, nec edere sumun-
tur, sed ore sicco auro
tantum inbiant. Illi verò,
dum ceu Phineo cibos
karpys ipsi è faucibus
eripiunt.

Tantali & Phinei exemplis ostendit Iupiter, nihil
causæ esse Pluto, cur tantopere indigneretur adversus
prodigos & avaros, cum miseratione potius digni
censeantur, ut qui ambo pœnas suæ stultitiæ sat
graves luant. Tantali fabulam refert Homerus: aliter
Pindarus. Euripides, Alceus. Unde Casaubonus fig-
mentum illud de pœna Tantali vestigium esse credit
historiæ Adami ob legis prævaricationem à Deo è
Paradiso ejecti, de quo dici possit, quod de Tantalo
suo ait Pindarus in Olymp. καὶ πρὶς αὐτῶν μέγαν ἄλβον αἶμα
ἰδμενάδα: κέρει δ' ἔλασεν αὐτὸν ὑπὸ τροφῶν, id est, concoquendo

magnam felicitatem non potuit : sed saturitate accepit dampnum immensum. In divites avaros aptat Horatius lib. Serm. 1.

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat,
Flumina quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis undique saccis
Indormis inhians.*

quod est *ἡμιχάινον τῷ θεῷ*, ur hic loquitur Plutus. *ἡμιχάινος* : Φινός) De Phineo Agenoris filio qui rex fuit Thraciæ, paulo aliter historiam refert Diodorus Siculus lib. 4. Hic secundum duxerat uxorem Idæam Dardani filiam, cujus suasu filios suos ex Cleopatra Boreæ & Orithyæ filia susceptos excæcavit. Quapropter & ipse excæcatus est, & Harpyiæ contra eum missæ, quæ cibos & mensam ejus turpissimè sædarent, de quibus legendi Apollon. lib. 2. Argonaut. Martial. lib. 9. Æschylus in Eumenid. nec non Apulejus lib. 10. de Asino aureo. Finguntur Harpyiæ fuisse volucres monstrosæ, facie virginea, unguibus vultures, quarum ingluviem & sæditatem pulchrè describit Virgilius 3. Æneid. & Ovid. 7. Metamorph. sic dictæ, ἀπὸ ἡρπάζου, à diripiendo. Unde *harpax* & *harpagare* pro rapre apud Plautum. Ἀρπυγιάδες δαίμονες interpretatur Suidas. Alii *φουλιάδες* eo nomine ventos intelligunt. Sunt qui ad historiam referant, & pellices Phinei ea appellatione designari putant, quas aula expulere Calais & Zethes, Boreæ, hoc est, Septentrionalis plagæ reguli ex Orythia apud Ilium rapta, filii, in quibus est ἡ μακρότης Vossius Theol. Gentil. lib. 3. cap. 99. Phineo non ineptè comparantur prodigi : scorta & parasiti sunt veluti *Harpyiæ*, quarum sædissimo contactu res amplissimæ, maximæque opes faciliè dissipantur. ἡ γόνη) à γόνην τὸ ἰδίον Hebræorum more.

Ἀλλ

Ἄλλ' ἀπὸ θι ἤδη σω-
φρονεῖν ὡς πολλὸν
τῷ Τίμωνι ἐνδεδόμα-
ται. ΠΛΩ. Ἐκείνῳ
γὰρ πότι πᾶσι ὥσπερ
ἐκ κοφίνου περυσχημέ-
νη, πρὶν ὅλως εἰσρυ-
λῶαί με καὶ παρδῶ
ἐξαυτῶν, φθάσας βυ-
λόμην. ἢ Πιρρόλῳ,
μὴ ὑπεραυτῶν εἰς
περὶ τὸν Πικλῶσιν αὐτὴν.

Sed abi jam, cordatio-
rem multò nactus Ti-
monem. Plur. An ille
aliquando desinet me velut
ex foraminoso cophino,
priusquam omnino influ-
xerim, data opera exhau-
rire, quasi coheretur occu-
pare, quo minùs influam,
veritus ne si copiosius in-
fundar, ipsum undis ob-
ruam?

Ἄλ' ἀπὸ θι ἤδη) Sequitur nunc πρὸς ζῶντα sive
mandatum. Iupiter enim auditis ultro citroque
Pluti querelis, eum abire jubet, non dubitans, quin
Timone posthac usus sit cordatiore. Paupertas enim
homines reddit circumspēctiores, multoque quàm
antea frugaliore. nam qui per nimiam profusionem
facultates suas exhausere, eos tandem egestas cogit
largiendo finem facere, & temperantiæ studere. In
fundo parcimonia est, ut proverbio dicitur. Timonem
Plutus cophino assimulat foraminoso, qui nihil liquo-
ris retinere possit. κοφίνου autem corbis est ē vimine
contextus formam habens orbicularem. Unde Non-
nus: δούδινος κύβητος κοφίνου. Ubi nota secundam pro-
duci in cophinatus, quæ ab aliis corripitur. Nansius ad
Nonni paraphrasin. φθάσαι βυλόμην. Verbum φθάνειν
antevertendi seu praecurpandi significationem ferè

habet, quasi praevenire volens influxum. *ἐπιγενταῖος* (dicitur Plutus, cum uberius hominem locupletat. Suprà dixit, *ἐπιγενταῖος ὕβρις* pro enormi contumelia. Mirum videri possit, cur tam malè omninetur de Timone Plutus, quasi ad mediocritatem, nullo pacto reduci queat, cum tamen à prodigalitate extremo facilior sit ad liberalitatem regressus, quàm ab avaritia, quæ longiùs distat à medio. Sic enim philosophus ethic. lib. 4. cap. 1. *ὅτι ἄρα* (inquit, *δὲ καὶ ἂν ὁ μικρὸν βελτίων εἶναι ἢ ἀνελούτιον. οὐ γὰρ ὅτι γὰρ ἐν, καὶ ὑπὸ τῇ ἐλευθέριας, καὶ ὑπὸ τῇ ἀπορίᾳ, καὶ ὑπὸ τῇ μέλει δύνανται εἶναι. ἔστι γὰρ τὰ ἢ εἰλούτιον, ἢ δὲ δίδουσι, καὶ ὁ λαμβάνει.* hoc est, *Qui prodigus est, non paulo esse melior illiberali videtur. Nam ὁ sanabilis est, tum atate, tum inopia, ὁ ad medium venire potest. Habet enim liberalis hominis nonnulla. Etenim donat, non accipit. Contrà verò avarus est ἀνίητος, id est, difficulter sanari potest, quia avaritia, ut idem Aristoteles ostendit, semper magis atque magis crescit. Unde & hoc infert *πρόεισμα*, prodigum quod ad ingenium attinet, per se non esse malum & improbum, sed potiùs hominem simplicem & ἐλπίστον, quia temere & inutiliter profundit eas opes, quas reliqui homines magni faciunt, & quodammodo honorant: imò pro quibus consequendis non pericula aut labores ullos subire recusant, & in quibus major pars hominum suam felicitatem positam esse arbitrantur.*

Ὡς τε ἐς τὴν Δαναΐ-
δων πῖθον ὑδροφορήσῃ
μοι δοκῶ καὶ μάλιστα
ἐπιπλήσειν, ἔκ κούρας
μὴ εἶχοντο. ἀλλὰ

Quò sit ut in Danaï-
dum delium aquam mihi
videar allaturus, frustra-
que infusus, vase non
continente liquorem: imò

περὶ

πρὶν εἰσρυλεῖναι, ἔτι- prius propemodum effuso
 δὲν ἐκχυθησομένης ἔ- quod influit, quàm in-
 σπέρρεον, ἕως δ- fluxerit: adeò latus doli
 οὐπὲρ τὸ πρὸς τὸ ἐκ- hiatu ad effusionem, ac
 χυλὴν κεχλωτὲς ἔ- π- liber exitus.
 θ- , καὶ ἀκάλυτ- ἢ ἔξοδ- .

Prodigum Timonis ingenium dolio insuper compa-
 rat Danaidum, quod pertusum est, nec liquorem con-
 tinere potest. Fuit Dapaus Argivorum rex, Ægypti
 frater, qui quinquaginta filias, sed ex diversis conju-
 gibus genuisse dicitur, quæ ab avi nomine *Belides*: à pa-
 tris autem nomine *Danaides* appellantur. Hæ cum to-
 ridem Ægypti filiis nupsissent, Danaus ut responsum
 accepit se à genero interfectum iri, filiabus auctor
 fuit, ut facta simul conjuratione sponfos omnes in-
 terimerent. quod factum ab illis, unâ (alii duas sta-
 tuunt) exceptâ, nimirum *Hypemnestra*, quæ *Lyn-*
ceum maritum suum servavit, à quo Danaus, post-
 quam annos regnasset quinquaginta, interfectus est. Ob
 hanc impietatem tali supplicio Danaides apud inferos
 finguntur plecti, ut assiduò dolium pertusum aqua co-
 gantur implere, è quo tantundem effluit, quantum
 infunditur. Unde natum proverbium, *ὡς τὸ Δαναΐδων*
πίπτον ὑδροφορέον, de quo Erasmus. Fabulæ hujus quo-
 que meminit Lucianus in *Hermot.* in *Dipsadib.* nec
 non in dialogo *Crateris* & *Diogenis*. Convertitur ad
 varios usus. hic in prodigos aptatur, qui simulatque
 opes accipere, continuò eas effundunt. *ἡ χάρις μὲν εἶναι*
ἡ νότος generatim significat omne concavum. *πίπτον*
νότος, *doli sinus* vel *alveus* est. Hefychio non tantum.

exponitur εὔμα, ὄγκος, sed etiam χόρημα, βάθος. Notandum hic τὸ εἶναι idem esse, quod σπείρειν, & propriè usurpari de iis, quæ aquam continere dicuntur, nec per rimas aut foramina eam transmittunt, cui opponitur διακρίπτειν, vel διακρίειν, apud Plutarchum. hinc εἶναι tectum; quod pluvias abarceat, & στεγνός, Hesychio, ὁ δυνάμενος εἶναι τὸν λόγους. in quem non competit illud Terentii: *Plenus rimarum sum, hac atque illac persfluo.* Vocabulum est πολύζηρον, de quo si placet, vide doctissimas Gathakeri lucubrationes contra Pfochenium, & Salmasii exercitat. in Solinum.

Ζῶς. Οὐκ ἔν εἰ μὴ
ἐμφορᾷξῃ τὸ κεχλωὸς
τῷ, & εἰς τὸ ἀπαξ
ἀναπεπταμένον, ἐκχυ-
θῆναι ἐν βραχὺ σκ,
ραδίως ἀρήσῃ τὸ διφ-
θέραι αὐθις, & τὸ δι-
κελλᾶν ἐν τῇ τευγί &
πίθῃ. ἀλλ' ἀπὸ πῃ ἤδη, & παλαίτερε αὐτόν.

Iup. Proinde ni hia-
tum istum obturaverit,
perpetuamque perstillatio-
nem sistere conetur, te
propediem effuso, facile
rursus sagum & ligonem
in face dolii reperiet. Ve-
rum abite jam, illumque
ditate.

Iupiter in sua persistens sententia Plutum ad Timo-
nem abire vult, quem nisi oblata fortuna prudentius
utatur, brevi ad egestatem & pristinos labores denuò
reductum iri prædicit. Notandum hic τὸ ἀμετάθετον &
βυλῆς in Iove. ἐμφορᾷξῃ τὸ κεχλωὸς) Alludit ad præ-
cedentem fabulam de dolio Danaidum. participium
pro nomine positum: τὸ κεχλωὸς ἀπὸ τῆς χάσματος. Sunt
enim Græci φιλομένους. Sic initio hujus Dialogi: ἀνα-
πλη-

παρῆνι τὸ κεχλῶδες dixit, quod hic ἰμφορῆτιον, *obstruere seu obturare hiatus*. τὸ ἀπαξ ἀναπνεύσας) *per semel apertum foramen*. Erasmus, *perpetuam perstillationem* vertit. *ma- lim effusionem*. τὴν ἐκχέει, paulò ante vocavit. nam *perstillationis* vox hic minùs apta videtur, cùm non ἀ- πνεύσας, hoc est *stillatim*, sed χύδω & *copiosè* suas opes prodegerit Timon, ut supra ostensum. αἷς τὸ ἀπαξ) idem valet, quod αἷς τὸ ἀεί, *semper, in perpetuum*. vulgò *semel pro semper*. εἰς τρυχί) in fæce, id est, in fundo do- llii. Simile apud Gallos de Chymistis jactatur dictum. *au fond du croisset, le gibel*. Postquam enim auri confi- ciendi artem frustra scrutati sunt Chrysopæi isti, con- sumptisque opibus ad egestatem redacti, nihil reliquum ipsis, nisi ut ex desperatione restim sibi emant, quo gu- lam frangant.

Σὺ γ' ἡ μέμνησ' ὦ Ερ-
μῇ ἐπαινῶν, πρὸς ἡ-
μᾶς ἄγειν οὖν Κύ-
κλωπας ἐκ τ' Αἴτνης,
ὅπως τ' κεραυνὸν ἀκο-
νήσαντες ἐπεισδρά-
σωσιν, ὡς ἤδη γε π-
θηγμὸς αὐτῶν δεησόμεθα.

Tu verò Mercuri me-
mineris redeundo Cyclo-
pas ex Aetna ad nos ad-
ducere, quò fulmen cuspi-
de restituta resarciant.
Nam eo nobis acuminato
erit opus.

Mercurio speciatim mandat Iupiter, ut reversus ab itinere Cyclopas ex Aetna secum adducat, qui fulmen resarciant atque reparent. nam supra dixerat, dum avi- diùs in Sophistam Anaxagoram jacularetur, fractos fuisse duos colque maximos radios, cuspidemque retu- sam. Fabulantur poëta Cyclopas Vulcani esse mi- nistros

nistros Jovi sua fulmina fabricantes, sic dictos ab eo quod unicum, haberent oculum, eumque orbicularē. κύκλος enim circulus & ὤψ, vultus sive oculus. Unde & Cocles nomen accepit illustris Romanus, quasi Cyclops, quod κυκλόπης esset. Ex his autem Cyclopibus potissimum tres celebrantur, *Brontes, Steropes* & *Pyræmon*, de quibus poeta lib. 8. divini operis, & Apollonius Argonautic. 1. εἰς τὴν Αἴτνην) Locum indicat, unde vocandi essent Cyclopes, ex *Ætna* scilicet sede & officina eorum. Hinc fratres *Ætnæi* Virgilio, vel propter ignes ex eo monte perpetuò ebullientes: vel, quod magni essent instar *Ætnæ*. Homerus tamen *Iliad.* 6. Vulcanum introducit non in *Ætna*, sed in cœlo sine Cycloperum opera Theridos rogatu fabricantem arma Achillis. Fabulæ physicam interpretationem dat Servius ad locum Virgilii supra citatum, & Natalis Comes lib. 2. cap. 6. Mythologiæ suæ.

Ερμ. Προϊωμεν ὦ
πλῆπι. τί τῶτ' ὑπο-
σχάσεις; ἐλελήθεις με
ὦ θυγάδα ἔ τυφλὸς
μόνον, ἀλλὰ ἔ χαλὸς
ῶν.

Merc. *Eamus Plute.*
Quid hoc? num claudi-
cas? Equidem ignorabam
ὁ præclare, te non cæcum
modo, verum etiam clau-
dum esse.

Sequitur Mercurii & Plutii colloquium. Miratur claudicationem Pluti Mercurius. ὑποσχάσεις & χαλὸν αἰνῶν hic συνοπόμενος posuit Lucianus. Fingitur autem Plutus in adventu claudus, in recessu alatus, quod seriùs quidem opes contrahantur: partæ autem, nisi frugaliter dispenses, velocissimè dilabantur. Eundem & cæcum faciunt & iudicii expertem, propterea quod indi-

indignissimum quemque opibus affluere videamus : probos contra & condignos in re tenuissima ut plurimum versari. Hinc Plutus jam visu recepto apud Aristophanem. εἰς αἶψα, inquit, ἀνθρώποις ἐκαστοὶ ἰλάσονται. τὸν ἀλίαν ὃ τ' ἰμῶς ὁμιλίῃς ἰφάργον. id est, cum qualibus & quantum iniquis viris versatus sum. Dignos autem meo consortio defugi. ἰλιλέθεις πολλοὶ εἰ) Græca σύνεξις, latebat me vel ignorabam te cecum esse. plura ejusdem constructionis exempla habet Budæus pag. 899. ὁ ἡνιάδα) ἡνιάδης voce per illusionem ferè utitur Lucianus, ut supra dictum. Idem est qui ἡνιάδης, ἀνθρώπων Hesychio, ab antiquo ἡνία vel ἡνία, quo genus denotatur, quasi generosus, ex familia ac genere nobili ortus.

ΠΛῸ. Οὐκ αἰὲ τῷ
ὦ Ερμῇ, ἀλλ' ὅποτε
μὲν ἀπὶ τὸ πᾶν
πεμθῆς ὑπὸ τοῦ Διὸς,
ὅτε οἶδ' ὅπως βραδύς
εἰμι ἐκωλὸς ἀμφο-
τέροις, ὥς μόλις πλεῖν
ἵππῃ τὸ πῆμα, πρὸς
εἰσαυτῷ ἐνίοτε τῷ
ἐπιμύρονι.

Plut. Hoc non est
mibi perpetuum Mercu-
ri: sed quando ad aliquem
à Iove missus proficiscor,
nescio quomodo tardus &
claudus utrinque sum: ita
ut egrè metam pertingam,
quum nonnunquam quæ
me operiebatur, prius in-
sensuit.

Responsio Pluti, ad hoc quod claudicationem suam spectat, quam non sibi perpetuam esse ait, sed tunc demum obtingere, quando à Iove mittitur. Docet figmentum probos & à Iove dilectos, aut nunquam aut tardè in hac vita felices ac divites fieri. Vult enim

Iupiter virtutem per se amari, non propter aliud. Nam si illi demum divites evaderent, qui virtutem cōlerent, plerosque videremus idē virtutem amplecti, quod per eam ditescerent. Atque ita virtutem non propter se, sed propter opulentiam amarent. Contra verō improbos & Diti gratos citō ditescere innuit, cū fieri non possit, ut opum facultatumque tam expedita facilisque & p̄ne momentanea, ut ita loquar, adeptio, conquisitio, possessio iusta esse & legitima censi debeat. Hinc Juvenalis Sat. 14.

Dives qui fieri vult,

Et citō vult fieri. sed quæ reverentia legum?

Qui metus aut pudor est nunquam properantis avari?

Tardus igitur incessu est Plutus, cū ad eos ablegatur, quos æquus Iupiter amavit, id est, ad homines pios & virtute præcellentes, cuiusmodi opes laudat Hesiodus, easque vocat *χρηματὰ ἐκ' ἀεργακτῆρα*, sed *ἡρόδωτα*, hoc est, opes non raptō quasitas, sed divinitus concessas. *χολὸς ἀμφότεροις* (ἵ. πῶσιν, utroque pede claudus. Homero ἀμφιγυῖας, quod Vulcani epitheton est. *πλεὼν ἰτρί τὸ τέγμα*) pertingere ad metam. ubi *πλεὼν* perinde esse videtur, ac si diceretur, *πλεὼν τ' ὀρεγμῶν*, conficere cursum. *τέγμα* verō curriculi meta est, hoc est, locus, in quo stabant ad palmam accipiendam post peracta spatia οἱ παδιο-*δρεμῶν*. Alio nomine *λαύνη* appellant Græci: *calcem* & *cretam* Latini. Distinguitur autem à metis, circa quas flectebant currus suos iidem cursores. de quo Salmas. ad Solinum. *περὶ ἡμέταις τοῖς οἰσπ*) Hac de re perelegans extat epigramma in Anthol. Græca, sed incerti auctoris, ubi senex quidam *ὁψιπῶς* hunc in modum de se conqueritur.

Ἦν τίς, ἀλλὰ πῶς ἔγωγε πλεὼν τὰς οἰσπ.

Ὁ μόνος ἐν πάσι τοῖς οἰσπ τοῖς ἀμφότεροις.

Οὐκ ἔστι μὲν' ἄλλ' ἄλ' ἀνὰ δαίμονα, ὡς ἔ' ἐδίδ' ἄλ' ἄλ'.

Νῦν δ' ὡς ὅτι ἄλλ' ἄλ' μὴ δύναιται, τὸν ἴχνη.

Quod sic Latine vertit mellitissimus poeta Iohannes Secundus :

Pauper eram juvenis, nunc tandem etate simili

Ditescō ; hei misero, tempore utroque mihi :

Vti cum poteram, nummorum copia deerat :

Copia nunc superest larga, sed usus abest.

Οἱ πάντες ἢ ἀπελ-
λάττωσθ' δεῖ, πλεονὸν
ὄψι, πολὺ τ' ὀφνέων ὠ-
κύπερον. ἅμα γὰρ ἐπι-
λεν ἢ ὕσπληγξ, καὶ γὰρ
ἤδη ἀνακηρύττομαι νε-
νικηκώς, ὑπερπηδή-
σαις τὸ στάδιον, εἰδὲ ἰδόν-
των ἐνίοτε τ' ἡσυχῶν.

*Sed quum discedendum
est alatum videbis, avi-
bus longè celeriozem. Unde
fit ut amoto repagulo, pro-
tinus voce præconis victor
pronunciet, saltu stadium
transmensus, ne viden-
tibus quidem aliquaties
spectatoribus.*

Alterum orationis membrum, quo declarat Plutus, se quidem in accessu esse *βεδύων*, sed in discessu alatum & quavis ave celeriozem. Nam ut docet Plutarchus in præceptis civilibus : nullæ sunt fortunæ tam amplæ, quæ nisi *κίερα* ἢ *ἀλγύματα* circumscribantur, ad usus necessarios sint suffecturæ. Hinc plurimos videre est, qui per luxum & gulam brevissimo tempore ad inopiam redacti sunt, promi magis quàm condi. Nam qui tantum promit : nihil autem recondit sive seponit, is ad Divam Peniam velis, quod ajunt, equisque properat. A talibus aufugere dicitur Plutus perniciosissimis

mis pedibus, & alatus esse cum discedit. Velocitatem suam illustrat similitudine petiti à stadii decursore, qui velut saltu stadium transmensus, quàm ocyssimè præconis voce victor pronunciatus est. *ὑπερηδῆν τὸ στάδιον*, plus est quàm *ὑπεδουμένον*. Transilire stadium dicuntur qui summa pedum pernecitate valent. Eiusmodi cursores *πυλῶδες* dicti, nomenque pro modo cursus sortiti sunt. *ὑπερηγῆ*) propriè scutica est seu flagellum, quo subulci porcos agitant, *πυγὴ τὸ πρὸς αὐτοῖς ὄπισθεν*. Hic ita vocatur repagulum seu funis obtentus *πῶς ὑπεδουμένη*, quo laxato dejectoque curriculum ingrediebantur. Erat autem propriè regula, ut Salmasius docet, paulo altius è solo elata, & opposita cursoribus, quæ dato signo currendi repente deiciebatur. Unde *ὑπερηγῆ περὶ αὐτῶν* & *ὑπερηγῆς* dicitur. Diversa igitur erat à carceribus ubi consistebant *οἱ πυλῶδες*, quem locum *ἀφιστημένον* & *ὑπερηγῆς*, itemque *βαλῆς* nuncupant Græci.

Ερμῆς. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα Φῆς. ἐγὼ δὲ πολλὰς αὖ εἰπεῖν ἔχοιμί σοι, χθὲς μὲν ἔδὲ ὀβολὸν ὥστε περὶ αὐτῶν βρόχοι ἐχρησάσθαι, ἄφνω δὲ τήμερον πλεονέκτης, καὶ πολυτελής, ὁππότε καὶ ζῶντες ἐξελαύνονται, οἷς ἔδὲ καὶ ὄντες ὑπερῆρξε πώποτε. καὶ

Merc. *Ista haud vera narras. Imo ego tibi per multos commemorare queam, quibus heri ne obolus quidem erat ut restim emerent, qui hodie repente divites facti splendide vivunt, albis quadrigis vehantur, quibus ne asellus quidem ante suppetebat: ii tamen purpurati, & manibus aurum gestantes ob-*
όμας

ὁμοῖς περφυροῖ, ἔχρου- ambulans: qui ne ipsi cre-
 σόχαιρες πείρουνται. dere possunt, quin per so-
 ἔδ' αὐτοὶ πιδόντες mnium didites sint.
 οἶμαι, ὅτι μὴ ἕταρ πλεονέσιν.

Continetur his verbis ἀναστροφή live refutatio supra dictorum, vel potius objectio à contrariis. Refellit enim Mercurius hoc quod de tardo incessu dixerat Plutus, permultosque esse ait, quibus cū heri ne obolus quidem esset, subito evaserint divites. ἔδ' ἰσχυρὸν ἔχου &c.) Inter hyperbolas posuit Erasmus, deque eo dicitur, qui maxima rei familiaris inopia laborat. Erat autem obolus æreum numisma minutulum, ita dictum quod obelisci, id est, veruli imaginem præferret, teste Plutarcho in Lyfandro. πολυτέλεις) appellat eos, qui splendidè sumptuoseque vivunt à τείλει significante sumptum. Athen. lib. 2. πλεῖν, inquit, τὸ διαπλεῖν, καὶ πολυτελείς οἱ πολλὰ ἀναλίσκεπτες, ἑσπερίαι, οἱ ἰλίγα. Notandum & hoc dicendi genus, ἰπὶ λευκῷ ζεύγῳ ἐξιλαύνειν, quo proverbialiter eos significat, qui supra alios longè fortunatiores sunt, & honoratiores. Sic Plautus in Asinaria. Nam si huic occasione tempus sese subterduxerit, nunquam adepol albis quadrigis indispiceret postea. τὸ ζεύγος non tantum de bigis, sed & generalius de trigis ac quadrigis, adeoque quovis vehiculo usurpatur. Totquent se Grammatici, quid per albas quadrigas intelligat Comicus. Sunt qui Iovis interpretantur, ut quæ celerrimo per cælum cursu ferantur, si quando tonat vel fulgurat. Quod & confirmare videtur Bourdelotius qui ad hunc locum & Heliodorum notat, idèd quadrigis albis in triumpho usos fuisse veteres, quod Iovis quadrigas crederent albas, ad cuius morem se-
 com-

componebant ei *εὐλαβίῃσι*. Quod ita censuisse priscos etiam tradit Suetonius in August. cap. 49. Hinc invidiam sibi conflat Camillus, quod in triumpho curru ejus albis equis juncto urbem inuestus esset: quasi humano fastigio ampliorem vindicare honorem, paremque supremo Iovi videretur. *ὃ ἐξελύειν*, quod obiter notandum, de equitatu dicitur, ut *ἐξάγειν* & *ἐπιτάγειν* de peditatu. *χρυσόχρως*) Intelligit eos qui digitos auro seu aureis annulis ornant, *χρυσόδακτυλως* eleganter appellat Apost. Iacobus epist. suæ cap. 2. *ὅτι οὐκ ἔστιν*) Parcemia est usurpaturque de immodicis votis. Nam quicquid optarit aliquis, id somniare contigit. Sic Micyllus cerdo apud Lucianum se divitem ac præpotentem somniat. Apud Theocritum piscator somniat aureum piscem. Hujusmodi omnes *κατ' ὅσον μακάριοι*, id est, somnio beati sunt, quemadmodum loquitur Tullius, vel quisquis auctor declamationis in Sallust. Vnde tu, inquit, qui modo ne paternam domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti & Caesaris reliquas possessiones accepisti? Sunt igitur per somnium divites, qui repente divites facti, nec ipsi sciunt, unde tanta opulencia obvenerit.

ΠΛῆΤΩ. Ἐτεροῖον
τῶν ἐν ὧ Ἑρμῇ, καὶ
ἐν τοῖς ἑμαυτῷ ποσὶ
βαδίζω πῖτε, καὶ δὲ ὁ Ζεὺς,
ἀλλ' ὁ Πλῆτων ὁπο-
τεῖλλας με παρ' αὐτῶς,

Plut. Istæc alia res
est, ὁ Ἑρμῇ, neque
enim tum meis ipsis in-
gredior pedibus; nec à Iove
sed à Dite transmittor ad
eos, qui & ipse opum

ἀτε πλατυτότης, καὶ *largitor est, magna que do-*
 μεγαλόδωρ. καὶ αὐτὸς *nans: quod suo etiam no-*
 ὢν. Διηλοῖ γὰρ καὶ τῷ *mine declarat.*
 ὀνόμαϊ.

Respondet Plutus ad objectionem Mercurii per distinctionem. Fatetur quidē se cū à Iove mittitur, tardum esse pedibus, sed à Plutone ablegatum non suis, sed alienis pedibus incedere ac velocem esse. Hinc fieri, ut improbi & scelerati homines repente divites fiant, felicesque præ cæteris conspiciantur. Nam tales Diti, hoc est, Plutoni sunt grati, Orcique tandem victimæ futuri. Notandum rursus, etsi Plutus à Plutone diversus sit secundum poëtas, utrumque tamen divitias largiri creditum. Unde *πλατύτης* hic & *μεγαλόδωρ* appellatur, hoc est, *opum largitor & magna donans*. Quinimo & nomen suum debet τῷ *πλούτῳ*, id est, *divitiis*, estque nihil aliud Pluto Physicè consideratus, ut supra diximus, quam interior terra quatenus metallifera est.

Εἰς τὰς αὐτὰς τίνων με-
 τικιοῦμαι δέη με παρ'
 ἐτέρῃ πρὸς ἕτερον, εἰς
 δέηλον ἐμβαλόντες με,
 καὶ κατασημναίωμαι ἐ-
 πιμελῶς, φορηδὸν δὲ ἀ-
 μφοροῖ μετακομίζουσι.
 καὶ ὁ μὲν, νεκρὸς ἐν

Itaque quoties est mihi
 ab alio ad alium demi-
 grandum, in tabellas in-
 jiciunt me ac diligenter
 obsignatum, & sarcinae in-
 morem sublatum trans-
 portant. Interea defunctus
 ille, alicubi in tenebricosa
 adium parte jacet, vetere

σποτεινῶ πρὸ οἰκίας linteo in genna injecto
 πρὸκει), ὑπὲρ τὰ τεκτός, de quo feles di-
 γόναια παλαιὰ τῇ ὁ- gladiantur.

ἰόνη σκαπόμυρ, περιμάχη, καὶ γαλαῖς.

Describit tandem Plutus, quo pacto ab uno ad
 alium transeat hæredem testamento vel codicillis. *is*
δὲ λβ. ἰμβάλων) Est hæredem bonorum constituere.
δὲ λβ. Lucianus accipit pro *tabula* vel *cera testatoris*, in
 qua testamentum perscribitur, καὶ *ἐπιμαίνων* est obli-
 gnare & sigillo suo confirmare, *ἐπισημαίνων*, quod
 post scriptionem fiebat. *μίσθωμιζον*) Testamenti à
 testatore obsignati transportatio describitur, simulque
 notatur hæredis avaritia, qui prædæ tantum iutentus
 cadaver negligit vetere linteo obiectum & felibus mu-
 tilandum. *Ὀδόν* linteum dicitur sive velum, quod Chal-
 dæis athunáh, φῶρ *ταφίον* cum Homero vocare li-
 ceat, quale ad Laërtis pollinctum se texere astutē
 fingeat Penelope. Virgil. de matre Euryali *Æneid. 9.*

— Nec te tua funera mater

Produxi pressive oculos, aut vulnera laevi

Veste tegens,

περιμάχη, καὶ γαλαῖς) Sunt enim feles circa cibum
 intemperantiores, neque pisces modò, sed & carnes
 avidè expetunt; etiam defunctorum cadavera sæpe
 mutilantes, ni arceantur. γαλαῖο hic pro æluo accipe,
 non mustelâ. Latini antiquiores catum vel cattum dixe-
 re, quam vocem Germani, aliæque gentes in sua lin-
 gua retinuerunt.

Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπιπρί- Porro qui me sperave-
 ραίης, ἐν τῇ ἀγορᾷ tant obtinere, in foro ope-

περι-

ἄλλοισι κεχλωόσι, riuntur biantes, non aliter
 ὡς τὴν χελιδόνα quam hirundinem advo-
 λαντες στρίδοντες pulli.
 τότε οἱ νεοίτι.

Ostendit Plutus saepe fieri, ut qui se heredes fore
 sperabant, spe sua frustrantur. ὡς τὴν χελιδ.) Avi-
 ditatem exprimit eorum, qui alterius bona captant,
 cum hiare illos dicat non aliter, quam ad hirundinem
 advolantem stridentes pulli. Præbet hirundo maternæ
 sedulitatis illustre documentum. Juvenal. eadem si-
 militudine usus est Sat. 10. ubi de sene inquit :

Ille ad conspectum coena diducere victum

Suetus hiat tantum, cum pullus hirundinis, ad quem

Ore volat pleno mater jejuna.

περιγίγναι) Verbum Homero familiare & ab ipso sono
 factum, quod de pullis & hirundinibus propriè dici-
 tur. Hesych. exponit ληγόντι φωνῶν. transire Latinis,
 quod è Græco est. κεχλωόσι) Unde Horatius : Cor-
 vum delusit hiantem, de eo, qui captatorem suum
 arte frustratus fuerat. Nam & cadaveribus inhiat atque
 imminet hæc avis. Præteritum illud, uti & præcedens
 ἔστρεψεν significationem habet, quemadmodum
 multa alia apud Græcos scriptores.

Ἐπειδὴν ἢ τὸ ση-
 μέιον αἰφαιρεθῆ, ἢ τὸ
 λῖνον ἐντμηθῆ, καὶ ἡ
 δέλτος αἰοιχθῆ, ἢ ἀνα-
 κηρυχθῆ μὴ ὁ κτηνὸς

Deinde ubi signum de-
 tractum est, & lineam
 ille funiculus incisus, a
 portæque tabellæ, novus-
 que meus dominus est pro-

H

διαπό-

δεσπότης, ἢ τοι συγ-
 νῆς τις, ἢ ἐλάξ, ἢ
 κατεπόγων οἰκίτης, ἐκ
 παιδικῶν τιμῶν, ὁ-
 πεζυρηδὶς ἐπὶ τῶν
 γυμνασίων, ἀντιποιμένων
 καὶ παντοδαπῶν ἡδο-
 νῶν, ἃς ἤδη ἔξωρ-
 ῶν ὑποπρέτηεν αἰσῶν,
 μέγα τὸ μίσθωμα ὁ Ἰνναῖος διπολαβὼν.

Hæc cum superioribus cohærent. Quàm sæpe spe
 sua frustrentur hæredipetæ, pluribus ostendit Plutus.
 σημεῖον ἀφαιρῶν est sigillum detrahere, idem quod
 διασφραγίζειν, vel ἀνασφραγίζειν, ut in Pandectis legitur,
 resignare testamentum. τὸ λινὸν ἐν λινῇ) Per linum intel-
 ligitur filum, quo per foramina trajecto tabulæ Te-
 stamentariæ colligabantur, & crassius erat eo, quo
 fuitur. *lineum funiculum* vertit interpretes. ἐπεζυρηδὶς
 τὸ γυμνάσιον) Mollium & cinædorum erat mentum re-
 liquasque corporis partes ἐξωρῶν, id est, *novacula* raden-
 das & lævigandas tradere, quod & ἀπαρτίζειν τὰς γνά-
 θας dixit Aristoph. in Ranis, *vellicare genas*, pro depiles
 reddere. Ita Clisthenem quendam traducit hominem
 γυμνασίου, & pathicum Idem παρρησίαν dicebant, nec
 tantum viris, sed & foeminis impudicis usitatum fuit,
 quæ & suas item habebant παρρησίας, hoc est ejus-
 modi mulieres, quæ turpi ministerio pilos eveille-
 bant, glabramque reddebant eam corporis partem,
 per quam secus foemineum & sobolem prodere & nomen solet
 acqui-

acquirere generi, ut Arnobius loquitur, idque in morem
 histriculi & nondum duri pusionis. Nec solum novacula
 fiebat illa corporis depilatio, sed & pice calida, (πίττω-
 (n Græci vocant) item dropace: medicamentum est,
 quo pilosa loca ad tempus levia ac glabra redduntur.
 ἐν πικρῶν τίμῳ) Sic & in Dialogo mortuor. loqui-
 tur. τὰ πικρὰ de præpostera Venere intelliguntur:
 catamitos Latini vocant, & scorta mascula. ἔκτορ δὲ }
 juvenem designat qui amabilem ætatem excessit: ἄρ-
 tempus id ætatis significat, quo maximè vegeti sumus.
 Exoletum Latini vocant. Cicero de Clodio: Ille qui se-
 cum semper scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.
 Orat. pro Milone. Id genus homines non paucos cir-
 cum se habuisse Heliogabulum ferunt: quos deinde
 Alexander Severus rerum potitus, partim in insulas
 deportandos, partim naufragio mergendos curavit.
 testis est Herod. lib. 5. & Dion in Fragmentis. μίσθωμα)
 turpe verbum & meretricis captivam significat. Di-
 stinguitur à voce μίσθῃ, ut merces vel quæstus à captu-
 ra. Ammonius de differentiis vocum: μίσθῃ μίσθῳ
 μίσθῳ ἀλφειῖ. μίσθῃ μίσθῳ ἵππῳ ἵππῳ. μίσθῳ ἵππῳ
 ἵππῳ. hinc μίσθῳ καὶ ἵππῳ inem est quod ἵππῳ.
 Et μίσθῳ γυναικῶν pro meretricibus, quæ similiter à
 merendo apud Latinos nomen accepere.

Ἐκτὸρ δὲ μὲν, ὅστις
 ἀνὴρ παρὰ ἀρπαξίμῳ
 με αὐτῇ δέλτῳ, θείῳ
 φέρων, ἀντὶ τῆς πίως
 Πυρρίης ἢ Δρόμωνος,
 ἢ Τίβιος, Μεγακλῆς;

Generosus quisquis tan-
 dem ille fuerit, nonnun-
 quam me ipsis cum tabel-
 lis arreptum, fugiens ad-
 portat nomine commutato,
 ut qui modo Pyrrhias, vel
 Dromo, vel Tibius, jam

Μεγάβυξ, ἡ Πρω-
ταρχος, μετρομασ-
θής, οὗ μάλιστα κε-
χλωτάς ἐκείνης εἰς
ἀλλήλας ἀποβλέποντας
καταλιπών, ἀληθὲς ἄ-
γοντας τὸ πένθος, οἱ
αὐτὰς ὁ Ἰόνος ἐκ μυ-
χῆς τ' οὐγλήης διέφυ-
γει, σὺν ὀλίγον τὸ δέλεαρ καταλιπών.

*Megacles, aut Megaby-
zus, aut Protarchus ap-
pelletur. Ceterum illos ne-
quicquam hiantes, seque
mutuum intuentes relin-
quit: ac verum luctum
agentes, quod ejusmodi
thynnus ex intimo sagene
sinu effugit, devorata non
exigua esca.*

Quam sæpe in manus devolvatur servuli alicujus lo-
rarii, quamque indignis modis ab eo excipiat, pluri-
bus ostendit Plutus. οὐκ ἔστιν ἄλλος) Hi enim sunt qui per
libidines ditantur, & *testamenta merentur Noctibus*, ut
Juvenalis loquitur. αὐτῇ δὲ ἰδέσθαι) deest propositio, οὐκ.
Sic Homerus in Iliade: αὐτοῖς τοῖς ἵπποις ἔστι ἀνδράσιν
id est, *cum equis ἔστι viris*. διὰ φέρων) Atticè, *pro φέρει*
δίων. asportat currens, vel currendo. Sic ἀνύλας τρέχει, apud
Aristoph. in Pluto, *pro τρέχει ἀνύλας currendo*, hoc est,
confestim perfice. ἀντιπύρριος Πυρρίης) Pyrrhias, Dromo,
Tibius servorum apud Comicos nomina sunt, qui vel
à capillitio rufo, vel cursu aut gente sic appellati. Τρέχων
enim ὁ ἄλλος φρυγία Suidæ. μεγακλής) Fuit Megacles ex
illustri Alcmaeonidarum genere, qui tertiæ parti Atticæ
regionis præfuit, nempe Paralix sive oræ maritimæ,
de quo Aristophanis interpres in Nebulis, itemque
Vespis. *Megabyzus* autem nobilis Persa, unus ex se-
ptem, qui Magorum tyrannidem sustulerunt, à Dario
rege dux exercitus in Europa relictus. Fuit & alter
Sopyri

Sopyri filius, qui dux exercitus extitit in Ægypto adversus Athenienses & socios, de quibus legere est apud Herodotum lib. 3. *Protarchi* nomen imperii præfectum sive principem sonat. Ἀγχιπύριος τὸ πρῶτον) De frustratis hæredipetis hoc dicit, quibus nihil relictum præter luctum. Sic Horat. Sat. lib. 2. de Corano :

*Tum gener hoc faciet : tabulas socero dabit atque
Ut legat, orabit, multum Nasica negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget invenietque
Nil sibi legatum præter plorare.*

καὶ ὡς ἡ τὸ εἰμύζαν, Græco more. εἰμύζαν τὸ δύναν) Uti-
mur hoc loquendi genere, quoties commoditas aliqua,
quæ jam propemodum tenebatur, præter expectatio-
nem subito præripitur. Extat etiam in Piscatore. Si-
mili figura dixit Terentius: *Crucior bolam tantum mihi
esse ereptum subito è faucibus.* Est autem thynnus piscis,
qui magno numero capitur in portu Lusitano ad Ulyx
bonam & juxta mare Herculeum, sic dictus πύγιος τὸ
δύναν, quod est ἐρμῆς. hinc δύναν, & geminata littera
Æolicè δύναν, à motus vehementia, nam impetu &
furore quodam fertur & cestro agitur sub ortum Ca-
nis. Inter cete numerat Galen. 3. de alim. facult.
καὶ πύγιος) pro καὶ πύγιος. Degeneravit hoc verbum à
simplici πύγιος, & sæpius de carnibus & piscibus usurpa-
tur pro devorare. δύναν esca propriè dicitur qua pisces
capiuntur. hinc δύναν pro inescare, quod πύγιος su-
mitur de occulta & insidiosa captione : cui respondet
Hebr. חמץ, id est, escam vel ejusmodi quicquam
proijciendo fallere ac decipere.

Ὁ δὲ, ἐμπεσὼν αὖ-
θροῶς ἐς ἐμὲ ἀπρό-

*Atque hic repente to-
tus in me irruens, homo*

καλὸν καὶ παχύδερμος ineptus & rudis, compe-
 ἀνθρώπου, ἐπὶ τῷ πεί- des adhuc horrescens, &
 δῶν πεφραγώς, καὶ εἰ siquis aliis loro increpet,
 παρῶν ἀλλὰ μασί- stans arrectis auribus, &
 ξέξῃ τις, ὅρθιον ἐφι- pistrinum tanquam tem-
 τὰς τὸ ὄσ, & τὸ μυλῶ- plum adorans, non am-
 να, ὥσπερ τὸ ἀνάκτο- plius iis in quos incidit,
 ρον προσκυλῶν, οὐκ ἐπ
 φορητὸς ἐστὶ τοῖς ἐνὶ συγχάνασιν.

Describit porro Plutus servuli hæredis condicionem
 & habitum. ἀπειράματος vocat, hoc est, *vite mundioris*
atque elegantioris expertem, cujusmodi esse solent servi-
 lis ingenij homines. In Glossis exponitur *infrunitus*,
insolens. Et infrunitus quasi ἀφρου, vel infrons, ut pla-
 cet Lipsio. παχύδερμος) aptum servis epitheton, quod
 cum plagis perferendis, tum oneribus & sarcinis por-
 tandis destinati sint (unde σαρκοφάγοι Comicis dicti)
 cutim habere soleant crassiolem & callosiorem. πεί-
 δῶν πεφραγώς) quod πεπιδρωμένοι esse consueverunt, ut
 supra ostendit Lucianus. hinc πείδων & σαρκοφάγοι pro
 servo maligno & verberone, qui sæpius in carcerem
 conjectus fuit. ὅρθιον) Vernilitatem ejus porro indi-
 cat, cum arrectis illum auribus stare dicit, siquis vel
 loro increpet equi ad instar, qui simulatque flagelli
 strepitum audit, micat auribus, & tremis artus, ut Maro
 loquitur 3. Georg. μασίξαι τις) Servi item μασίγια
 dicti quod ob maleficia lotis caderentur. Unde *lorario-*
rum frequens mentio apud Plautum, qui & *cortabos bubu-*
los per jocum vocat verbera, quæ eum crepiu inge-
 runtur

tuntus servili tergo. Quin & ἡρεχία olam flagellati, id est, loro è setis suillis confectio: ut ex Aristoph. liquet. Item, *virgis ulmeis*, unde *ulmistris* & *u morum* Acherontes eisdem appellat Cornicus. Sic ille in Rud. *Tergum obtestor tuum, ut tibi, ubi erem ulmum esse peres virgindemiam.* ἡ μολάνα) Solebant item servi à Domini in pistrinum dadi ob noxam. Unde, *pistrino dignus*, apud Terentium. Erat autem locus, in quo panis pinsebatur, seu mola quam versabant mancipia, pro quibus hodie jumentis utimur, aut molis pneumaticis aquaticisve. Apulejus in asinum transformatus, molas pistrinenses per circuitus multivios circumegisse se festiviter scribit, describens quales essent ministri in pistrinensi contubernio: *Sunt homunculi*, inquit, *vibicibus livedinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quàm obiecti: nonnulli exiguo teguli tantummodo pubem injecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes litterati. & capillum semirasi & pedes annulati.* αἱ τὸ ἀνάκθεον ἐρεσκωδῶ) Facetè pistrinum ut templum adorare dicuntur servi, quod in eo ad fidem & obsequium edomantur, Deoque scelerum suorum vindices revereri dicunt. Plautus similiter dixit, *servos carcerem habere pro domo sua*, in Captiv. τὸ ἀνάκθεον) propriè regia est. hic templum ita vocatur sed peculiariter Cereris. Hesychius: ἀνάκθεον, τὸ ἡ Δεμῆρεν, scil. ἱερόν. Quidam pro ἀνάκθεις hic positum putant, quod templum est ἡ δεικνύμεν, de quo supra dictum.

Ἄλλὰ γὰρ π' ἐλθ-
 ῖρας ὑβρίζῃ, καὶ τὰς ὁ-
 μοδύλας μασιγῇ, δόπο-

Sed & ingenuos con-
 tumelia afficit & conser-
 vos flagris cadit, experiens

πειρώμεν. εἰ κ' αὖτις
 τὰ τριαῦτα ἔχουσιν. ἄ-
 χρεῖς ἂν ἢ ἰς περιόδον
 τι ἱμπεσῶν, ἢ ἰσπυ-
 τροφίας Πιτυμῆσας,
 ἢ κέλαξι, ὡς ἄδ' ἐαυ-
 τὴν ὁμνύουσιν, ἢ μὲν ἐν-
 μορφόπρον μὲν Νιρίως
 εἶναι αὐτὸν, ὡς μὲν εἶ-
 ρον ἢ Ἐκκροπ, ἢ
 Κόδρυ, σιωτέωτερον ἢ
 Ὀδυσεύως, πλῆσιωτε-
 ρον ἢ συνάμα Κροίσων
 ἐκπαίδεκα, ἐν ἀκαρεῖ
 ἔχ' χρόνα ἄβλι, ἐκ-
 χέη τὰ κατ' ὀλίγον ἐκ πολλῶν Πιτορκιῶν, ἔδ' ἔ-
 παγῶν, κ' πανεργῶν σιωειλεγμῶν.

nam sibi quoque familia
 liceant: donec aut in scor-
 tulum illapsus, aut alen-
 dorum equorum studio
 captus, aut adulatoribus
 sese tradens, dejerantibus
 Nireo formosiores esse,
 Cecrope, Codrove genero-
 siorem, callidiorem Ulysse,
 ditiozem vero sedacim si-
 mul Cræsis, momento
 temporis semel effundat
 infelix, quæ minutatim
 multis ex periurijs, rapi-
 nis, & flagitijs fuerant
 collecta.

Docet Plutus servo, cum ad lautiozem fortunam
 pervenit, nihil esse arrogantijs, nihil intolerabilius.
 Paulò ante dixit, cum non esse φορητὸν τοῖς ἐπὶ τοῦ
 κατὰ. Nunc quàm insolens sit quamque contumelio-
 sus non modò in conservos suos, sed etiam homines
 liberos, ob oculos ponit. Verè Claudianus in Eu-
 trop. Non bellua terrior ulla est: Quam servi rabies in
 libera colla furentis. Vnde parcemia celebratur quam
 & Ioseph. Scaliger refert in Stromateo suo, Μά-
 πολι δουλοκρατεῖν καὶ, διαπονεῖν γένει, 1. Nunquam an-
 eilla

silla fiat domina. Solent enim ejusmodi homines, qui servitutem serviuerunt, cum ex humili fortuna subvehuntur ad res amplas, multo esse insolentiores, minusque ferendi, quam qui divites vel felices nascuntur. *ἡ ἱε περιθίου*) Docet item Plutus, malè parata, male dilabi. Nam servus Domini sui bonorum hæres factus, ea quæ multis ex perjuriis, rapinis & flagitiis corrasa fuere, scortis iterum, aut equis alienis dissipare solet, idque momento temporis simul ac semel. *ἰπποφίαις* meminit, quod equorum alendorum studium magno constet, ut in Phidippide suo ostendit Strepシades apud Aristoph. in Nebul. *Ἀποφύπτις ὁ Νηρέας*) proverbium est, quod ab Erasmo prætermissum miror. Fuit Nireus Charopi & Aglaïæ filius, omnium Græcorum post Achillem formosissimus, de quo Homerus Iliad. β. *Νηῖος δὲ κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἔλθῃ τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀρόμυνα Πυλῶνα.* De reliquis, quæ sequuntur, adagiis consulatur eruditissimus Chiliadum scriptor.

Ερ. αὐτὰ περ χαρὸν
Φῆς τὰ γιγνόμενα.
ὁπόταν δ' οὐ αὐτὴ-
πας βαδίζης, πῶς
ἔτω τυφλὸς ὢν ὄρις-
κεις πλὴν ὁδόν; ἢ πῶς
διαγινώσκεις ἐφ' ἧς αὐ-
σε ὁ Ζεὺς ὑποσεύλη,
κρίνας εἶναι τὸ πλεῖστον
ἀξίως; Πλῆ. οἷον γὰρ

Ista ferè sic se ha-
bent uti narras. Verùm
ubi, tuis ipsis ingrederis
pedibus, quì tandem cæ-
cus cum sis viam invenire
potes? aut quâ dignoscis
ad quosnam Iupiter te mi-
serit, dignos illi visos
quì divitijs abundant? Pl.
Enimvero credis me re-
perire istos ad quos mit-

Ὀρίσκειν με οἷτις *tor? Merc. Per Iovem*
 εἰσι; Ερ. μὰ τὴν Δία. *haud quaquam. Neque*
 ἔγαιε Δελφιδῶν κα- *enim Aristide præterito ad*
 ταιωτῶν, Ἰππονίκω *Hipponicum, & Calli-*
 καὶ Καλλία προσήεις, *am accessisses, tum ad*
 καὶ πολλοῖς ἄλλοις *multos alios Athenienses,*
 Δελφιδῶν ἔδ' ὅβολ' ἀξίοις. *ne obolo quidem dignos.*

Approbat sermonem Pluri Mercurius, sed mirari se dicit, quo pacto cum cæcus sit, viam invenire possit, vel dignoscere eos, ad quos mittitur. αὐτόπῳ ire dicitur qui suis ipsius pedibus iter facit, non indigens ductore aut vectore. ἢ γὰρ Δελφιδῶν) Fatetur Plutus se cum oculis sit captus, non reperire eos, qui digni videantur, ut opibus abundant: alioquin haud futurum, ut Aristide præterito ad Hipponicum, Calliam, similisque farinæ nequam homines se conferat. De Aristide quod ait, vir fuit Atheniensis nobilitate & iustitia insignis. Vnde & Iusti cognomentum adeptus est. Hujus iustitiam non ferens Themistocles exilio decem annorum damnari curavit. Tandem ab exilio revocatus cum multas præfecturas gessisset, in tantâ paupertate obiit, ut vix tantillum pecuniæ corradi ponerit, quæ vespillonibus, & vilibus cadaverum, funeraloribus daretur. Sic de eo Cornelius Nepos lib. 3. Aristides, inquit, quâ fuerit abstinentia, nullum est certius indicium, quam quod, cum tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate discessit, ut qui offerretur, vix reliquerit. Ἰππονίκω καὶ Καλλίᾳ) Callias & Hipponicus duo itidem viri Athenienses, pater & filius, ob luxum & libidinem celebratissimi, quorum meminit Ari-

Aristophanes in Avib. & Concion. Item Athenæus lib. 12. In Calliam vulgaris jocus extitit: Καλίας πτερόισι, Calliæ defluunt pennæ, de quo Scholiastes apud Comicum, & Erasmus in magno opere. Fuit & alter Phanippi filius, ὁ ποικιλικὸς ἱππὸς τὸν τετάρτον καὶ πηλὸν τὸν Ὀλυμπιάδην, ut idem refert interpretes. De Hipponico, quem ob infanos amores ἱππῶ-
 βιον appellat Aristophanes ad nomen alludens, scribit Lysias, quod totius Græciæ fuerit opulentissimus.

Πλὺν ἀλλὰ τί πρᾶτ-
 τεις καταπεμψθεῖς ;
 Πλῆ. αὖν ἔ κατῶ
 πλανῶμαι πεινοῶν,
 ἄχρῃς ἂν λάθω τινὶ ἐμ-
 πεσῶν. ὃ ᾧ, ὅστις ἂν πρῶ-
 τὸς μοι περὶ τυχεῖ, ἀπα-
 γαγῶν ἔχῃ, σὲ τ' Ερ-
 μῶν Πιτῶν πρὸς λόγῳ
 ἔ κέρδους προσκυῶν.

Ceterum quid facis
 emissus? Plut. Sursum
 ac deorsum circumcursans
 oberro, donec imprudens
 in aliquem incidero. Hic
 autem quisquis ille sit,
 qui fortè primus me nac-
 tus sit, abducit ac possi-
 det. te Mercuri pro lucro
 præter spem objecto ado-
 rans.

Docet Plutus, opes non semper optimis & corda-
 tissimis, sed pro Jovis arbitrio nunc bonis, nunc ma-
 lis contingere. At cum cæcus sit Plutus, contingit
 sæpius, ut improbis obveniat, quam probis. Hinc
 Theognis: Πολλοὶ πλούτου ἔχουσιν ἀίδεοι, οἱ δ' ἐν πολλῇ
 Ζητῇσι χαλεπῇ περιέρχονται πείνῃ, id est, multi divitiarum
 habent imperiti: alii autem honesta querunt gravi oppressi
 paupertate. αὖν καὶ κατῶ πλανῶν de ea dicitur, qui cæco
 impetu huc illuc fertur. Terentius pro eodem dixit,

versum prorsum cursare, i. e. huc illuc. Proverbiale schema esse notat Donatus. *πενερόν*.) Verbum *πενερόν* de iis usurpatur, qui sic ingrediuntur, ut unde profecti sunt, eodem sæpe videantur reverti. Hinc festivè admodum Chremylus apud Aristoph. respondet Pluto, qui cum vereretur, ne perderetur a Iove, si visum reciperet: *Non te perdet*, inquit, *sed jam perdidit*, *ἴσως αὖτε πενηλώσειν σε βούλωμαι ἰσχυρῶς*. Nam fieri non potest, quin, qui cæcus sursum deorsumque oberat, sæpe impingat, & tandem perdat. *ἔξ μὲν οὐρανῶν*) si quid lucri præter expectationem obvenisset, id Mercurio lucri Deo acceptum ferebant veteres. Tradit Helychius in jactu quodam solere priscos boni ominis gratiâ præfari Mercurium: *dexter nobis sit Mercurius*: in convivio *ἐξ ἁδὸν δαίμονα*, vel *Δία σὺν τῷ*. hinc *μερδῶν* *Ἐρμῆς*, *Mercurius lucifer*, de quo infra. Et *ἑρμῆς* *Ἐρμῆς* dicebatur, cum duo pluresve in via aliquid reperissent, quod in commune dividendum erat. *τὸ περλόγῳ ἢ μερδῶν*) Attica constructio pro, *περλόγῳ τῷ μερδῶν*. Latini hoc imitati similiter dixerunt: *albi piscium*, *degeneres capum*, & similia. *περλόγῳ* vocat τὸ πρὸς λόγῳ συμβεβηκός, quod præter opinionem vel expectationem obvenit.

Ερ. ἔρχου ἱζηπῆ-
την) ὁ Ζεὺς οἰόμενος σε
ἔξ τῶν αὐτῶν δοκεῖν-
τα, πλεονάζειν ὅσας αὐ-
τοῖς) τῶν πλεονάζειν ἀξίας;
Πλ. καὶ μάλα δικαίως
αὐτῶν) γὰρ. ὅς γε τοφλὸν

Merc. Num ergo fal-
litur Iupiter, qui credat
ex ipsius sententia, ditari
abs te eos, quos dignos
existimarit qui ditescerent.
Plut. Et jure quidem op-
timum fallitur ὁ bone, qui
pe qui cum me cecum esse

ὅτ' αἰδώς, ἔμπειν ἀ-
ναζητήσαντα δυσάριστον
ἔτω χρῆμα, καὶ πο-
πλῆ ἐκλεισμένους ἐκ
τῆ βίης. ὅπερ ἔδ' ὁ
Δυγκεύς αὖ ἐξέυροι πα-
δίως ἀμαυρὸν ἔτω καὶ
μικρὸν ὄν.

prode sciat, emittat desli-
gatum rem usque adeo re-
pertu difficilem, & jam
olim è vita sublatam, quam
ne Lynceus quidem facile
indeniret, cum adeo sit ob-
scura & minuta.

Plutus, ut Iovis numen elevet, ignorantiam & er-
rorem illi intrepidè transcribit. Virum bonum vocat
χρῆμα δυσάριστον, id est, rem inventu difficilem, ob eo-
rum penuriam. Rari quippe boni, (inquit Juvenalis) nu-
mero vix sunt totidem, quot Thebarum porta, vel divitis
ostia Nili. Et Horat. epist. lib. 1.

— Vir bonus est quis?

Qui consulta patrum, qui leges juraque servat,

Quo multa magnaque secantur iudice lites,

Quo resposore, & quo causæ teste tenentur.

Eorum quàm rara sit seges, omnium seculorum praxis
abunde docuit. Juvenalis Sat. 13.

Egregium sanctumque virum si cerno, bimembri

Hoc monstrum puero, & miranti jam sub aratro

Piscibus inventis & foeta comparo nulla.

ἀμαυρὸν χρῆμα) dicitur res quæ oculis humanis vel
obscurè vel nullo modo videtur. Quod & aptè quadra-
t in virum bonum. Conspicitur enim in confertâ im-
proborum turba, ut Sol ἐν ἐμίχλῃ, hoc est, obscurè &
quasi per nebulam, ut Plutarchus loquitur. ποπλῆ
ἐκλεισμένους:) Nec minus verè dictum à Pluro, ἔδ' ὁ
ἀμαυρὸν rem esse veteris ævi, & jam diu exoletam.
Vnde

Unde & Injustus apud Aristoph. in Neb, *ἀπολύει* *Διπολύει* esse ait, quæ de veteri disciplina, sanctisque moribus jactaret lusus. *ἰδ' ὁ Λογιστής*) Nec obscura tantum res est vir bonus, sed adeo exilis etiam, ut ne Lynceus quidem ipse eam facile repeterit, cujus viri perspicacitas non ex eo patœmiæ locum fecit quod fodinas metallorum æris, argenti & auri primus inven- rit, ut vult Lycophronis interpres; vel quod saxa & ar- bores oculorum acie penetraret, similemve ob causam, sed potius, quod insignis fuerit astrologus, qui, ut Pli- nius refert natural. histor. lib. 2. cap. 17. novissimam Lunam primamque eadem die vel nocte, Græci *ἰσὺν καὶ ἰδὲν* vocant, primus dicitur reperisse. quam sententiam quoque confirmat alter seculi nostri Varro G. Vossius lib. 2. Gentil. Theol. cap. 19.

Τοιγαρὲν ἅπτε τῷ μὲν
ἀγαθῶν ὀλίγων ὄντων,
πονηρῶν δὲ πλείων ἐν
τῷ πέλεσι τὸ πᾶν ἐπε-
χόντων, ῥᾶ σὺν ἐς οὐ-
πίστους ἐμπέπω πε-
ρσιῶν, ὃ πολυεύνομα πρὸς αἰσῶν.

*Quare cum rari sint
boni, improbi vero in civi-
tatibus omnia obtineant,
oberrans facile in istius fa-
rine homines incido, &
ab illis irretigr.*

Concludit Plutus, cum boni tam rari sint, & pessi- mi quique in urbibus rerum potiantur, non mirum vi- deri debere, si cæcus oberrans in homines nefarios fa- cile incidat, & eorum retibus illigetur. τὸ πᾶν ἐπέχων, est rerum periri & pro potestate omnia regere, idem quod ἀρρεῖν, sic Aristoteles non semel de Deo dixit, ὃ τὸ πᾶν ἐπέχει. Aliàs verbum est philosophicum ex secta

secta *ἰατρικῇ*, significatque idem quod *τετρεῖς* & *inhibere assensionem*, ut interpretatur Cicero. *αὐγλή*) *passam* significat vel *sinum rēis*, in quem capi pisces deveniunt. Hesychio *αὐγλή* οὐ καλὴν. Hinc *αὐγλή* dicuntur *αὐγλή* *αὐγλή*, qui veluti pisces sagena, sic & alio quocunque modo capiuntur & intuntur.

Er. Εἶτα πῶς ἐπα-
δὰν κατὰ λήπης αὐτῆς,
ῥαδίως φεύγεις ὅκ ἐι-
δῶς τ' ὁδόν; Πλῆτ.
ὁξυδερκής τότε πῶς ἐ
δελίπας γίγνομαι πρὸς
μόνον τ' καὶ τὸν τ' Φυ-
γῆς.

Merc. At qui sit ut
quoties eos deseris, facile
aufugias, cum die sis igna-
rus? Plut. Tum dentium
acutum cerno, pedibusque
valeo, solummodo quum
fugendi adest opportuni-
tas.

Questionem aliam mover Mercurius, rogatque
Plutum, qui fiat, ut celeriter fugiat, cum improbos de-
serit, praesertim oculis captus & viae ignarus? Eo doce-
tur opes injuste parvas non esse dururnas; sed ut brevi
temporis spatio, perque nefas conquestae sunt, sic &
cito iusta Nutinis ultione dilabi. Quae quam vera
sint, Cicero egregie demonstrat in Antonio, cujus ra-
pacitatem & ingluviem describens Philipp. 2. Quam
insolenter, inquit, statim belluo invasit in ejus viri (Pom-
pejum intelligit) *fortunas*, cujus virtute terribiter popu-
lus Romanus exteris gentibus, *justitia* *charior*? Incredibile
& simile portenti est, quoniam modo ille tam multa, quam
paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. *ὁξυδερκής* hic
opponitur non τῇ ἀμεινότητι, ut alias, sed τῇ ἐφλάτ-
ῃ,

ἄνθρωπος, cunctis. ἄνθρωπος vocat hominem integris pedibus, ἄνθρωπος τὸ πόδι, qui utroque pede valet, non mancus aut claudus. Hanc pedum pernecitatem & oculorum per-
 spicaciam sibi adesse ait Plutus, quando tempus est ab
 improbis fugiendi. Videmus enim ea quæ per imbecil-
 liorum compilationes, & scelera hinc inde corrasa sunt,
 in corvos iterum & milvos converti, ut in Phædone
 suo declarat Socrates.

Ερμῆς. Ἐπὶ δὴ μοι καὶ
 τῶν ἀποκρινόμεναι. πῶς
 τυφλὸς ὢν, εἰρήσεται
 γὰρ, καὶ περὶ πῶχρος,
 ἔβαρὺς ἐκ τῶν σκα-
 λοῖν, πῶς τις ἐραστὴς
 ἔχοις, ὥς τε πάντας ἀπο-
 βλέπειν εἰς σέ; Ἐ τυ-
 χόντας μὲν, εὐδαιμονεῖν
 οἴεσθαι. εἰ δὲ ἀποτύχοιεν,
 οὐκ ἀνέχεσθαι ζῶντας.

Merc. Illud etiam
 mihi responde : quid sit ut
 cum oculis sis captus (di-
 cendum enim est) præterea
 pallidus, & cruribus gra-
 vis, tot habeas amatores,
 adeo ut omnes in te desi-
 gant oculos : & si potian-
 tur, felices videantur : sin
 frustrentur, non susti-
 neant vivere?

Sciscitatur porro Mercurius causam, cur, cum adeo
 deformis sit Plutus, tam multos tamen habeat amato-
 res sui & afficias, qui felices se judicant, cum ipso po-
 tiuntur: sin voto frustrentur, vitam sibi viralem esse
 negent. ἔρμης (1) Hoc interfatur Mercurius παρ-
 οντίζων, ne corporis vitia liberiùs notanti successeat
 Plutus. βαρὺς ἐκ τῶν σκαλοῖν) Idem est quod χαλός. uno
 nomine vocatur βαρυσκαλός, qui tardis cruribus incodit.
 epitheton est Vulcani in Epigramm. qui propterea
 tardipes

cardipes appellatur à Catullo. Supra etiam *βενδὸν* se
esse fatetur idem Plutus. τὸ αἶμα· sive crus pars
corporis organica est, præcipuum ambulationis in-
strumentum. *νέρυς ἰγέραι*) Quam multos sui ama-
tores & affectus habeat Plutus, quantaque inter mor-
tales potentia valeat, præter Aristoph. ostendit etiam
Iohannes Secundus in sua, quam elegantissimis ver-
sibus descripsit, Pecuniæ regia, ubi sic ait:

*Hæc est illa, cui famulatur maximus orbis,
Divæ potens rerum, domitrixque Pecunia fati.
Telluris magna Plutique sacerrima proles.*

Et paucis interjectis.

*Prima quidem teritur concursu semita densa,
Virque viro, pede pes urgetur, & omnis eodem
Turba ruit properans juvenumque senumque virumque:
Antra sonant plausu gradientum, dura gemiscit
Et subsidit humus repetito saucia passu.*

διδαμυστὴν βίαν) Refurat hanc τὴν ἀρετὴν opinio-
nem Aristoteles lib. 1. Ethicor. ubi *ἰυδαμυστὴν* de-
finit ultimum & perfectissimum hominis bonum, quod di-
vitiis competere nequit, quæ solum propter aliud ex-
petuntur. *ὅτι ἀρίστη ζῶσις*) pro ζῆν. Vita enim care-
re malunt homines, quam opibus. *βίον ἀβίον* vocat
Aristoteles vitā, quæ vivendi subsidii destituta est. Et
Comicus: ὁ βίος βίον ἀβίον· ὅτι ἐστὶν βίος: Vita haud
vocanda est vita victus indiga. Conducunt enim divi-
tiæ αὐτὸς τὸ εὖ ζῆν, ad bene commodèque vivendum,
& instrumenta sunt exercendarum virtutum, ut doc-
cet Philosophus Ethic. lib. 4. Sed ita comparatum
est cum plerisque mortalium, ut plenè se vivere haud
putent, si non habeant affatim, unde victitent, adeo-
que vita illis videtur acerba & indigna nomine vitæ.
Nam de phylargyris ejusmodi hic loquitur Mercu-
rius.

Οἶδα γαυῶ πνας οὐκ
 ὀλίγας αὐτῶν ἔτω σὺ
 δυσέρωτας ὄντας, ὥς τε καὶ
 εἰς βαθυκῆπια πίπτον
 φέροντες, ἔρριψαν αὐ-
 τὰς, καὶ πετρῶν κατ'
 ἡλιβάτων, ὑπερορᾶ-
 ὤ νομίζοντες ὑπὸ σῶ,
 ὅππῃρ εἶδε τ' ἀρχλὼ ἐώρας αὐτὰς.

Ex his quidem non
 paucos novi, qui se per-
 ditē te amarint, ut se aē-
 rea ē scopulo in alta pi-
 scosi maris, precipites
 abjecerint, rati fastidiri
 sese abs te, propterea quod
 illos nullo pacto respexis-
 ses.

Respicit Lucianus carmen Theognidis, quod scrip-
 sit de paupertate: *Χρὲ πύλο φεύγοντα καὶ εἰς ἀσχακίπια
 πόντον Πιπτῶν καὶ πετρῶν Κύρην κατ' ἡλιβάτων.* hoc est,
 Oportet paupertatem fugere & in immensum mare projicere,
 & petras, Cyrne, contra altas. Alludit ad eundem lo-
 cum in Dialogo de mercede conductis. Hallucinatur
 Bourdelotius, qui versus Homeri esse putat. Idem
 Theognis paulo post ait: *Τειθαῖναι φίλι Κύρην πινυχρῶ
 βίλπερον ἀνδρῶν.* Ἡ Ζῶον χαλκῶν τοιγάρμον πινύ. id est,
 Mori ē amice Cyrne, pauperi melius est viro, quam vivere
 dura afflictum paupertate. Nec desunt exempla eorum,
 qui paupertatis onere pressi, & ad desperationem re-
 ducti se vel præcipites ex alto dederunt, vel laqueo
 præfocant, aut alio mortis genere peremerunt.
 hinc Sextus, paupertatem ferre, non cuiusvis esse di-
 xit, sed solius sapientis. *δυσέρωτας*) Propriè *δυσίπτος*
 dicitur perditē amans, quique Venerem sibi habet mi-
 nus faventem, ut ille apud Theocrit. Idyll. 3. & 23.
 quod inscribitur *Δύσιπτος*. Hic ita vocatur, qui Plu-
 tum deperit, eumque minus propitium experitur.

βαθύν

βαθυτάτην) Theognis habet *μεγαλήτιαν*. (Vtrumque maris epitheton, quod in profundis suis recessibus cete habeat: vel quod cete habeat ingenia: *ὡς δὲ χαίρει*.) non semper vertendum, *principia*, ut vulgo solet, sed quemadmodum interpres bene transtulit, *nullo pacto, prorsus non*. Ita Xenoph. lib. 1. de Cyri instia: *οἱ δὲ Περσὶς νόμοι σολαβώτεροι ἐπιμύθεον*, *ἵνα τοὺς δὲ χαίρει τοῖς νόμοις*. Vbi perperam nonnulli, *primum hoc curant*, cum vertendum sit: Persarum leges curant, vel operam dant, *ne ullo modo talis sint*. Sic *ἀντίπαλος* sunt *ἀμασίαι*, quos nullo unquam pacto respexit Plutus. *Ὁ γὰρ* hic est, *ἐν ῥῶνι ὄρεται* & cum effectu, quod Graecis poetis est *βλέπειν ὁμῶς ἄλκιον*.

Πλὺν ἀλλὰ εἰ σὺ ἄν *Quaerquam sat scio,*
 εὖ οἶδα ὅτι ὁμολογήσας *tu quoque fateberis, si*
 αἰ εἰ τι ξυνίης σαυτῷ, *quo modo tibi ipse νόστος*
 κερύσαντιαν αὐτὰς, *es, furere istos qui ha-*
 ἐρωδῶν τιχέτω Πη- *iusmodi amore sunt de-*
 μεμῶντας. *mentati.*

Ex ipsius Pluti confessione infert Mercurius, fure-
 re eos, qui tanto ejus amore capiuntur. *ὁμολογή(σας)*
 Schemate communicationis utitur, quod facit ad ex-
 torquendam adversatio veritatem, ut supra docuimus.
εἰ τι ξυνίης σαυτῷ) Facit enim sui cognitio, non solum
 ad philautiam diminuendam, sed etiam, ut nostra
 bona norimus, ne nobis vel majora, vel indigna se-
 quantur. hinc recte Comicus: *τὸ γινῶναι σαυτὸν πάντῃ*
καὶ ἐν χεῖρσιν, id est, *Ubique confert, ut te ipsum no-*
veris, *ξυνίσταται* genitivo jungitur Atticè, ut docet Eu-

Statius. *Odysseus* : *κορυβαντες* : Est *Corybantica* *ferunt*
peritum esse : vel *insane Corybantum mor.* De quo
 Erasmus. Erant autem Corybantes Cybelæ sacerdo-
 tes, qui sacris nocturnis furore cymbala pulsabant, ca-
 pitaque inter saltandum iactantes, alios in similem ra-
 tiem agebant, sic dicti, ut vulg. Lambinus, *ἀντὶ τοῦ κρυ-
 βῆναι*, quod est occultare, quia tympanorum & alio-
 rum instrumentorum strepitu partum Rhææ celarent
 Saturnum filios suos devorare solitum, et si Strabo
 hoc factum memoret, ut in sacrificiis perterrent homi-
 nes sub administrorum specie. Ad naturæ opifi-
 cium refert, G. Vossius lib. 2. *Gentil. Theolog.*
 quem vide.

Πλῦτ. οἷς γὰρ
 αἰῶτον οἷος εἰμι ὄρα-
 ρθ' αὐτοῖς χωλόν, ἢ
 τυφλόν, ἢ ὅσῃ ἄλλα
 μοι πέσσειν; Ερμῆς.
 ἀλλὰ πῶς ὦ πλῦτε, εἰ
 μὴ τυφλοὶ καὶ αὐτοὶ
 πάντες εἰσὶ; Πλῦτ. ὦ
 τυφλοὶ ὦ ἀερε, ἀλλ'
 ἢ ἀγνοία, καὶ ἢ ἀπάτη,
 αἵ περ νῦν κατὰ χεῖρας
 πάντας, Ἰπποκρίτες
 αὐτὰς ἐπὶ τῇ αὐτοῖς ὡς
 μὴ πάντα πᾶσιν ἄμορ-

Plut. At enim credis
 me, qualis sum, talem
 istis videri, nempe clau-
 dum, & cecum, &
 quicquid aliud mihi inest
 vitij. Merc. Quid ni ὁ
 Plute, nisi & ipsi om-
 nes sint cæci? Plut.
 Haud cæci quidem, ὁ ὀρ-
 time, verum inscitia, er-
 rorque quæ omnia occu-
 pant, illis offundunt te-
 nebras. Ad hæc ipse quo-
 que, ne per omnia defor-
 mis sim, persona valde

Φῶς ἄλω, πρὸς ὤπιδον *amabili tectus, inaurata,*
 πρὸς ἡμῶν ἱρασμῶν *gemmaeque picturata, ac*
 παπῶν, ἀλγῶν, καὶ *versicoloribus amictus eis*
 λήθης ἄλγητον, καὶ ποῖ- *occarro.*
 κίλα ἐδύς, ἐντυχαίω αὐπῆς.

Veram aperit causam Plutus, cur ab omnibus tan-
 toperè ametur, totque habeat sui sectatores ac cultor-
 es. Utitur ad hoc oratione interrogativa, quæ vim
 habet negativæ. q. d. Tantum abest ut cæcum vel
 claudum esse credant, quicunque me vident, ut inte-
 grum, nulloque vitio deformem certò sibi persua-
 deant; quod ex *ignoratione & errore* oriri afferit, quia
 exteriorem sui larvam duntaxat aspiciunt, non ipsam
 faciem. Vera hæc esse vel ipse Cicero fateretur lib. 1.
 de Finib. ubi docet: *Ignorantia rerum bonarum & ma-*
larum maxime hominum vitam vexari. Et Socrates in
 Gorgia Platonis censet: non esse cuiusque viri eligere
 quantum ex rebus, quæ dolentur, bona sint; quantum ma-
 la: sed potius artificiosi viri opus utrumque. Nam sa-
 piens vera bona iudicat, quæ ratio dicitur solida esse
 ac sempiterna, quæque cadere non possunt, nec decre-
 scere aut adimi, ut iustitiam, temperantiam, & reli-
 quas animi virtutes: cæterùm honores, imperia, opes,
 aliaque ejus generis, opinione tantum bona censet,
 cum fluxa sint suisque possessoribus sæpe noxia. Hinc
 utrumq; conjunxit Lucianus ἀγνοῖαν & ἀνάρτην, cum
 altera ex altera proveniat. *ἡ ἀνάρτης αὐτὸς*) inum-
brant eos. 1. caliginem ipsis offundunt. Nam ut Juve-
 nalis inquit: *Vitium fallit specio virtutis & umbra.*
 Quod & in reliquorum bonorum delectu accidit.

Hinc idem vates Satyr. 10. *Pauci dignoscere possunt Vera bona atque illis multum diversa remota Erroris nebula.* Ixiones hic fumus & pro Iunone nubem amplectimur. Quod cum videret sapientissimus Democritus, Perpetuo risu pulmonem agitare solebat, teste Satyrico. *αἰσχροπρεπὲς ὤφειλεν.*) personā faciei obductā, ut histriones solent, ne agnoscamur a spectatoribus. Quod & Plutus se facere ait, cum introrsum planē sit *αἰσχροπρεπὲς* sive deformis. Est autem *αἰσχροπρεπὲς* persona aut larva ad similitudinem vultus alicujus efficta, deque viris propriē dicitur. *αἰσχροπρεπὲς* vocabant Græci, quibus mulieres faciem tegebant. *μασκάς* vulgò dicimus. *ἀέχρον*) vocatur quicquid inauratum est, non ex solido constatum auro. Supra dixit, *ἰσέχρον*. Deauratum minus Latine effertur, recentiores. *ἀδινέαντον*) quicquid gemmis distinctum, aut glutinatum est. *ἀπὸ λίθου καὶ κρυστάλλου*. Sic *ἀδινέαντον* potius, poculum dicitur gemmis confectum. de quo Virgil. 2. Georg. *Ex gemma libat.* *λίθον* nomine non modo lapilli veniunt vulgares, sed & pretiosi, ut gemmæ, quæ distinctionis causa *λίθον ἱερὸν* dicuntur alius.

Οἱ δὲ ἀνταπρόσω-
πον αἰσχροπρεπὲς ὁρᾷν τὸ
καὶ *αἰσχροπρεπὲς*, ἐρῶσι, ἔα-
πάδων) *μη στυγχα-
ροντες*. ὡς ἀγοστὸς αὐτοῖς
ὅλον σκοπομένῳ εἰ-
πὸς ἔξε με, ὅλον ὡς
κατεγίνωσκον αὐ-
τῶν,

At illi rati sese na-
tū vultus venustatem as-
picere, amore capiuntur,
dispercuntque nisi potian-
tur. Quod si quis me tota
corpore renudatum illis o-
stenderit dubio procul fu-
tarum sit ut ipsi se dam-

τῶν,

τῶν, ἀβελυώθοντες τὰ νent, qui tantopere ca-
 τηλικαῦται, καὶ ἐρῶντες cutierint, amantes res
 αἰρεῖσιν, καὶ ἀμορφῶν neutiquam amandas, &
 πραγμάτων. deformes.

Fatetur Plutus suam deformitatem, quam si homi-
 nes detracta larva conspicerent, futurum ait, ut ipsum
 contemnerent ac rejicerent, cum res ardeant neuti-
 quam amandas, sed, fœdas noxiasque. Docet idem
 Aristoteles lib. 1. ethic. *Complura*, inquit, *bonis acci-*
dunt detrimenta. Jam enim quidam ob divitias, quidam ob
fortitudinem periere. Quid Senecam perdidit? nimis
 opes: ut qui hororum amœnitate & villarum magni-
 ficentia Principem supergrederetur, ut Tacitus refert
 lib. 14. itemque Juvenal. Sat. 10. Quid Milonem
 oppressit? corporis fortitudo. Quum enim nervorum
 & lacertorum fiducia fretus arborem in media parte
 hiantem diducere vellet, deficiente conatu lupis præ-
 da fuit: Sic & Ciceroni sua nocuit eloquentia: Cas-
 sio Longino antiqua nobilitas, alia aliis, ut merito
 exclamet Satyricus:

— Nocitura toga, nocitura potuntur

Militia. & torrens discendi copia multis,

Et sua mortifera est facundia, viribus ille

Confusus perit, admirandisque lacertis:

Sed plures nimiam congesta pecunia curâ

Strangulat, & cuncta exsuperans patrimonium census.

Sunt enim immodicæ divitiæ, ut verbis utar Apuleji,
 velut ingentia & enormia gubernacula, facilius mergunt
 quam regunt. Et ubi quæso latronum, furum servo-
 rumque insidiæ sunt magis metuendæ, quam apud di-
 vites? Indicat hoc Flaccus Satyr. lib. 1.

An vigilare metu exanimem noctesque diesque;

Formidare malos fures, incendia, servos,

Ne te compilent fugientes? hoc juvat?

Quasi dicat poeta, si probè noſſes congenita divitiis pericula & incommoda, meritiò eas deſpiceres, nec tanto ardore conſectareris rem noxiam peſtiferamque.

Ερ. τί οὖν ἐς αὐ-
τῷ ἤδη τῷ πλατύν
ἡρόμενοι, ἐπὶ περὶ
πείον αὐτῷ περὶ
ἐπὶ ἐξαπατῶν; ἐλὼ
πὶ αἰφαιρήται αὐτῶν,
ἰατρίον αὖ πάλιν κεφα-
λῶν ἢ πὲρ περὶ
περίον; ὃ γὰρ δὲ
τίτε ἀγνοεῖν εἰς αὐ-
τῶν, ὡς Πίχρῳ
Διμορφία ἐστίν, ἐνδο-
θεν τὰ πάντα ὁρῶντας.

Merc. Quid ergo,
postquam eò perentium est
ut jam divites evaserint,
jamque personam sibi cir-
cumposuerint, rursum sal-
luntur? adeo ut si quis il-
lis adimere conetur, pene
caput potius quam perso-
nam abſciant? Neque
enim verisimile est etiam
tum illos ignorare, auro
bracteatum esse forumam,
quum intus cuncta inspe-
xerint.

Miratur Mercurius eos qui jam divites facti sunt, necdum videre aut intelligere, non nisi bractearum quid esse opes, nihilque intus habere solidi aut nativi boni. Eleganter *ἰωίζεσθαι Διμορφίας* appellat formam auro abductam, non nativam aut genuinam. Supra dixit *διόζεσθαι*. Sunt qui hic legant *ἰωίζεσθαι*. Sic *ἰωίζεσθαι φάρμακα* medici vocant unguenta seu pigmenta, quæ corpori illinuntur exterius. Solent au-
tem

tem meretrices cerussa vel stibio fucare faciem & vitia cutis superinducto colore amaliis suis dissimulare, quod propriè est ψυμμήσις. Cerussa enim ψυμμήσις. Græcè. Plutus igitur theatro vel meretricio more larvatus fucatusve sese offert hominibus, non ἀνδραγαθήν & aperta facie, quod etsi norint divites, tamen ita ingenio comparati sunt, ut caput potius, quam personam abiiciant, quod est ἐν ἀνδραγαθήν βάλαντος μᾶλλον, ἢ ἐν ἀνδραγαθήν, ut proverbio dicitur.

Πλῦ. εἶπε ὀλίγα ὦ. — Plut. Ad id non par-
Ερμῇ ἢ πρὸς ἔτι μοι res, ὁ Ἀδερρῦρι, mibi
συναγωνί(ς). Ερ. πᾶ sunt adjumento. Merc.
πῶτα; Πλῦ. ἐπιδαί τις Quenam? Plut. Simul
ἐντυχὼν τοπρῶτον, ἀνω- atque qui me primum na-
πιπίσας, ἢ ἴδραν εἰσδε- tus est, patefactis fori-
χετῇ με, συμπαρειστρ- bus exceperit, clanculum
χε) μετ' αὐτὸ λαβὼν ὁ- quæ mecum intus fa-
τύφῳ, ὅτι ἀνοία, ἢ- stus, recordis, infamia,
ἢ μεγαλαυχία, καὶ ἢ mollities, contumelia,
μαλακία, ὅτι ὕβρις, ὅ- stus, aliæque sexcen-
ἀπίτη, καὶ ἄλλα ἄτῳ μυρία, ta.

Varios divitiarum effectus hic recenset Plutus, qui ipsum, veluti comites Dominum suum sequuntur. Primus inter Pluti satellites agmen ducit Ἔρως sive Fastus, quem proxima sequitur Ἀνοία, hoc est, Stultitia. quibus Ὑβρις & μαλακία succenturiat Lucianus, itemque Ἀπῆλῳ, genuinos opulentiae fetus. Nam ut

Seneca inquit, Divitiæ & sapientia raram faciunt mix-
turam. Quippe labores subterfugiunt divites, pau-
cosque invenias qui virtutis se studio totos aut sa-
pientie tradant: idque in rebus, sive recenter di-
tatis præcipue locum habet, qui cum sint in rebus,
modumque nesciant facultatibus suis recte utendi,
contumeliosiores etiam & insolentiores esse solent,
ut ex philosopho supra probavimus: quinimo molli-
ter & luxuriose vivunt, ut hoc pacto spes suas o-
stentent, quasque fraudibus pepererunt, fraudibus
item conservare student. Quæ omnia perelogan-
ter quoque nobis ob oculos ponit Iohannes Secundus,
ubi Pecuniae comites & sapientes ita describit:

*Proximaque accubuit Domina, quam Gratia circum-
Ventesusque favor, fallax & Opinio Vulgi,*

Elatisque supercilis vulniquæ tumenti

Intedens, calumque oculis & inania captans

Ducit inauratam vesana Superbia pompam

Lata epibus summaque & adulatrice catervis.

Σαυματοῦ (Σ) ἵσχυρι, ἀνδραγαθίᾳ: ὑπερβαίνει. Sumpta tra-
latio à belli sociis. ἀνδραγαθίᾳ (ἡ δὲ δόξα). Studium
& obuiam humanitatem significat ejus, qui aliquem
domi suæ comiter excipit. Sic & Chremylus patefa-
ctis foribus Plutum admittit apud Aristoph. in prin-
cipe Comœdiæ. ἡ δὲ δόξα pro eodem dicunt alii,
quod parcemiar speciem habet. ἀνὰ τὴν) Atticum
est ex Æolico ἀνὰ pro, ὅθεν. Caninius.

Ἐν δὲ τῇ τῇ ἀνὰ. A quibus omnibus po-
ται καὶ ἀνὰ τῇ τῇ. Itaque est occupatus
ψυχῇ, ἡνικαὶ τῇ τῇ. animus, miratur non mi-
x. ἡνι-

ἡ θαυμαστά, καὶ ὁρέ-
 γηται τὸ φθικτῶν. κα-
 μὲ τὸ πάντων ὀκνήων
 παύσει τὸ εἰσεληλυθό-
 των κακῶν πῆγησι δο-
 ρυφορεῖσθαι ὑπὸ αὐ-
 τῶν. Ἐπὶ πάντα πρόσθεν
 πῆγαι αὖ, ἢ ἐμὲ πορεύσθαι ὑπομείνεις ἄκ.

tunda, appetit fugiendus
 meque cunctorum illorum
 que introierunt, malo-
 rum patrem speret, illa-
 rum fatellitio sublatum,
 quidvis potius passurus,
 quem ut me resistere com-
 pellatur.

Hæc reliquam continent narrationis partem a Phi-
 to inchoatæ. καὶ λαμβάνεις τὸν ψυχῆς) Graecismus, ut,
 sententiam rogatus, inscripti nomina, & similia apud
 Latinos scriptores. verbum καὶ λαμβάνεις eo capitur
 sensu, quo locus aliquis occupari dicitur ab hostibus.
 θαυμάζει τὰ ἢ θαυμάσια) Nec mirum. Habent optimi di-
 vitiae, teste Philosopho αἰδομένην, & pelliceri viden-
 tur jucundam vitam, quæ tamen non ab arca, sed ab
 animo petenda est, ut rectè docet Cicero in lib. offic.
 Hinc tanto eas ardore & studio expetunt homines,
 acquisitasq; tanta sollicitudine custodiunt, ut Herculi
 citius clavam, quam avaro suas extorseris opes. ἐρί-
 ζει τὸ φθικτῶν) Cui opp. φάλαγγς τὸ ὀρεῖται apud Peri-
 pateticos; apud Stoicos ἐκκαλεῖται. Simplicius in Epi-
 ctetum. ἡ ἐρίεις, inquit, τοῦτο ἐστὶν ἐκκαλεῖται οὐκ ἐψυχῆς
 ἐπὶ τὸ ὀρεῖται, καὶ ἡ ἐκκαλεῖται ἐκκαλεῖται τὴν ἐρίειν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ
 φωνῇ οὐκ ἐπὶ τῇ ἐκκαλεῖται. Vbi scitè ἐρίειν definit ἐκκαλεῖται
 ψυχῆς ἐπὶ τὸ ὀρεῖται, alludens ad proprietatem verbi
 ἐρίειν, quod est porrigere aliquid, & in porrigendo
 manum extendere. Vnde & ἐρίμαζ ἀπὸ τῆς ἐρίμαζ, cum
 mens veluti extenditur ac porrigitur ad id quod appe-
 tit. τόμαζ) Verbum defectivum, cujus præterit. med.

pro

pro praesente accipitur; ut odi & merini; apud Latinos, quorum praesentia in usu non sunt. *δευροε-
σθρον*) satellitio stipatum, ut Principes solent. *δευρο-
εσθρον* Hesychio, *ἐπὶ οφείεσθαι, ὑποσπασθαι, ἢ φέρεσθαι τὴν πρᾶ-
ξιν*, sic dictus, quod hastam sive lanceam gestaret.
hinc *δευροεσθρον*, *stipare*, & *ἐμειψοεσθρον* affectari.

Ερ. Ὡς ἡ λαὸς ἔ-
ω πλεῖτε, καὶ ὁλιωθῆρες,
καὶ δυσκατέκλιτοι, καὶ
διαφροντικῆς, ἐδεμίας
ἐνὶ λαβῇ παρεχόμε-
νοι βεβαίαν, αἰὲν
ἐπαιτεῖ ἐν χεῖρσι, ἢ οἱ
ὀφείεσθαι τὴν διακτύ-
λων δευροπλάκας, οὐκ οἶδα ὁπῶς.

- Merc. *Ut levis es, o
Plute, & lubricus, &
retentu difficilis, ac fugax,
neque ullam certam prae-
bes ansam qua prensus te-
neare: verum nescio quo-
modo anguillarum ac ser-
pentum in marem inter
digitos elaberis.*

Egregia hic instituitur collatio à Mercurio Pluti & Peniae: hanc diuturnam & stabilem: illum lubricum ac fugacem difficilemque retentu esse dicit. *λαβῇ* cum *ἑολι-
κο* digammate *λαβῇ*, hinc Latinum *levis*, pro *glaber*,
priore producta, à quo differt alterum epitheton *ὁλιωθῆ-
ρες*, id est, *lubricus*, quod de loco propriè usurpa-
tur, ab *ἐλπίσθαι* *ἐπὶ πλῆλῃ*, *cado*, *labor*. *δυσκατέκλιτοι*) dici-
tus, quod retentu difficilis sit, quasi *δυσκατέκλιτοι* *κατέκλιτοι*
ob lubricitatem. Eā enim fit, ut nullam praebet an-
sam qua prehendi vel tengeri queat. *παρὶ χεῖρσιν* dixi: *ἐν
ἐπαιτεῖ*, quod Atticorum esse proprium volunt, qui
passivis loco activorum utuntur, & vice versa. *ἐπαιτεῖ
ἐν χεῖρσιν*, &c.) Pluti levitatem seu lubricitatem exem-
plis

plis illustrat anguillarum & serpentum. *Anguillam cau-*
da tenere proverbio dicitur is, cui res est cum homini-
 bus lubrica fide: vel qui rem fugitivam atque incer-
 tam habet, quam tueri diu non possit. hinc αἰὲς ὡς
 ἰσχυλὸν apud Athenarum, *instar anguilla lubricus*: nec
 non ἰσχυλὸς μὲν γλοιῷ, vel ut alii legunt, καὶ γλοιῷ, *anguilla*
in strigmento apud eundem. Anguilla enim per se lubri-
 ca est, nec faciliè manibus stringitur, multo minùs, si
 faece olei imbuta sit, vel mucco strigmentitio, ut τὸ
 γλοιῷ interpretatur Dalechampius. Eadem & serpen-
 tum lubricitas. Virgil. 2. Æneid.

Lubrica convolvit sublata postero terga.

De serpente loquitur. ubi Servius. *Lubricum dicitur, &*
quod labitur, dum tenetur: & locus, in quo labimur. Tales
 sunt divitiæ quas tantopere sedantur homines, in-
 certæ, fugaces, & in lubrico positæ. Verè Comicus.

Τῶν μὲν ἀγαθῶν τὸ πλεῖστον ὑπάρχει, εἰς δὲ

ἀβελανόπτην γὰρ ἴσιν ὅτι κικλήμεθα.

id est,

Opes bonorum judica omnium ultimas.

Nam possidemus nil eis incertius.

Ἀλλὰ τὸ δακτύλου δακτυλίδιον ἐστὶν inter digitos labi, pro quo
 alibi dixit Lucianus: Ἀλλὰ δὲ γίγνεται ἐν τῷ χερσὶν.

Ἡ πνία δὲ ἱμπαλιν
 ἐξώδης π, ἐδύλαβης,
 καὶ μυρία τὰ ἀγκιστρα
 ἐκπεφυκότες ἐξ ἅπαν-
 τῶν σώματι ἔχου-
 ραι, ὡς παλησιόσσοις

ὁ δὲ ἔχει, ἐ μὴ ἔχειν ῥαδίως ἀπολυθῆναι.

At contra Paupertas,
viscosa, & prehensu fa-
cilis, toto corpore multos
uncos gerit hamos, ut qui
tetigerint, illicò hæcant,
nec faciliè queant avelli.

Sequitur

Sequitur alterum collationis membrum ptiori oppositum de Penia, quam ut diuturniorem & constantiorem laudat Mercurius. Viscosam esse fingit ac prehensu facilem, adeoque hamatam, ut nullo negotio eam apprehendat, qui tetigerit, nec facile divelli queat, quisquis semel ei adhæserit. Pronior enim ad paupertatem prolapsus est, quam ad opulentiam accessus vel regressus. Ἰζώδης) hoc est, visci modo lenta ac tenax, quia, ut de seipsa loquitur Penia apud Aristophanem, *Ἰζωμένη ἐξ ὅσων τοῖς ἀνθρώποις πρὸς ἑμὲ, conversatur cum hominibus, & cohabitatur per multos annos. Quam multi enim propter summam facultatum inopiam viri etiam ingenio & virtute præcellentes in occulto latent, quos importuna pauperies caput erigere non permittit. Notum est illud Iuvenalis :*

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angusta domi.

Nec minus festivè, quàm verè dictum à Bilbilico vate:

Pauper eris semper, si pauper es Æmiliane,

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

Pro ἰζώδης sunt qui legant hic ἰζώδης, quod ut probare videtur Bourdelotius, ita nusquam legere memini. Ab ἰζώδης enim visco, est ἰζώδης per jota, non ἰζώδης, quod mendosum puto. Ἰζωδής). Vox ea quod rarissimum est, hic loci propriè accipitur, pro eo qui commodè prehendi possit, ac paupertati examussim optimè convenit: aliàs religiosum ferè denotat. Corpus quoque Peniæ tribuitur *πλοῦσις*, vel ut Mercurius loquitur, *μυρία τὰ ἄσπερα ἰζόν*, ut facile adhæreant & capiantur, quicunque attigerint. ἄσπερα hamus est, *ὡς τὸ ἄσπερον* ut vult Etymologus, quod eo trahuntur, & educuntur ex aqua pisces.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ μεταξὺ ἡ-
 δη Φλυαρῶντας ἡμᾶς
 πρᾶγμα ἔμικρόν δι-
 λαθεῖ. Πλῆ. τί ποῖον;
 Ερ. ὅτι τὸ θησαυρὸν ὥς
 ἐπηρεάζομεθα ἔπερ' ἰδοὺ
 μάλιστε. Πλῆ. Θάρρ' ἔ-
 γγιστε γὰρ ἔνεκα. ἐν τῇ
 γῇ αὐτὴν καὶ ἀλείπων,
 ἀνέρχομαι παρ' ὑμᾶς,
 ὁπποκῆψας ἔνδον μύρον
 ὁπποκλεισάμενον τὸ θύ-
 ραν. ἀνοίγειν δ' μηδενί,
 ὡς μὴ ἐμοῦ ἀκούσῃ βοήσας.

*Verum interea dum ne-
 gamur, rem haud parvam
 omisimus. Plut. Quam?
 Merc. Nempe quod the-
 saurum non adduximus
 quo vel in primis erat o-
 pus. Plut. Ista quidem
 ex parte bono sis animo.
 Nam non nisi in terra re-
 licto illo, ad vos ascendo,
 suffoque intus manere fo-
 ribus occlusis, neque cuius
 quam aperire, nisi me vo-
 ciferantem audierit.*

Mercurius dum unā cum Pluto sermones cædit, sui
 pæne mandati oblitus Thesaurum non duxisse in-
 ter fabulandum queritur: qua de re Plutus cum bono
 esse animo iubet, cum in terra ille resideat, nec injussu
 suo aperiatur, aut ad quemquam ascendat. Eo docetur,
 quid sint thesauri & opes: terræ nimirum splendentes
 glebulæ & *minutalia* tantum, ut ea vocat Terullia-
 nus: quæ, sicut Bernardus ait, *solus error hominum facit
 aut reputat pretiosa*. Seneca de benefic. *Videamus quid ex
 iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum & argentum, ne
 aut instrumentum in cedes mutuas dasset, aut pretium.*
 Hinc & opibus nomen, à terra, quæ *Opis* vel *Opis* dicta
 prisca. *Theauri* quoq; etymon si spectemus, nihil aliud
 est,

est, quam *ἀσπιδόμορον χεῖρας*, quod velut eximium ac pretiosum Natura vel cura etiam humana seposuit, ex antiquo *ἀσπίς* pro *χεῖρας*, ut placet Salmasio, & fut. verbi *εἶσθαι*, licet aliis ex Hebr. potius deductum videatur *ἤσαν* transpositione litterarum, quod idem significat. *μίσχον φλουρῶν*) Insolens participii constructio, pro *μίσχον φλουρῶν*, vel per nomen, *μίσχον τὸ φλουρῶν*. Pluria exempla suggerit doctissimus Stephanus, quem addi-
εὶ φλουρῶν, nugari est. Sumpta tralatio à lebetē vel patina fervente, *ἀπὸ τοῦ φλῶν*, quod est *cachinnare*, vel *bullire spumante strepitu*. Sic Homerus: *ἀπὸ δὲ τοῦ φλῶντος ἡσυχία*, *Ebulliebant verò limpida fluentia*. Iliad. lib. 11. *ἡσυχία*) id est, *παρρησία*, in mandandi significatione. Hesychium consule, qui plures verbi illius notiones indicat. *ἡσυχία*) Ut Pluti, sic & Thesauri (quem *μορμωνῶν* Chaldaei, vel Syri vocant) domicilium terra est. Posidonius Pluti habitaculum in Hispania collocavit, quod ea regio metallorum fecunditate reliquis antecelleret, Narrat enim historiae naturalis scriptor Plinius adeo opulentas fuisse Hispanorum venas, ut Annibal habuerit ex uno puteo quotidie tria millia coronatorum: quæ summa in singulos annos efficiebat duodecies centena millia. Quare eorum sententiæ subscribere non possum, qui nullas auri argenteve venas in fecundissimis illis regionibus fuisse scribunt.

Ερ. Οὐκ ἔν τῃ βίᾳ-
 τω μὲν ἡδὴ τὸ Ἀτλῆκῆς.
 Ἐμοι ἔπαρ ἐχόμην
 τὸ χλαμύδι, ἄχρως

Merc. Iam igitur At-
 ticam adeamus, & me se-
 quere cklamydi adherens,
 donec extremam viam at-

αὐ

αὐτὸς τὸ ἰχθυὶν ἀ-
φίκομαι. Πλῦ. ὦ
παιῖς, ὦ Ερμῆ, χέ-
ρυγῶν ἐπὶ λῶγῃ δῖο-
λίτῳ με, γ' ἀπεβόλε
παῖσα ἢ Κλέωνι ἡμῶν
σῶμαι πεινοσῶν.

Plut. Recte fa-
ciā, Mercuri, quum me
per viam ducis. Etenim
si me defereres, forsan ob-
errans in Hyperbolum aut
Cleonem incidere.

Sequitur nunc ἰδιώτης Mercurii & Pluti Atti-
cam versus, ubi degebat Timon. ἰχθυὶν & χλαμύ-
δου) *chlamydem tenens*, quod facit Plutus, ut ducem
Mercurium affectetur commodius minusque defleat
a viā. *Laciniam ducere* dixit Petronius. χέρυγῶν) *manu
ducens vel regens*, quod cæcis & semper decrepitis fieri
solet. Merito in herum suum Romachatur servus Ca-
rio apud Aristophanem, quod ipse videns Plutum,
oculis captum sequeretur: αἰ γὰρ βλέπειν, inquit, τοῖς
τοφλοῖς ἡγούμενα. Rectius igitur Mercurius, ut fidelis
ἰδιώτης Plutum à tergo non sequitur, sed præit, viamque
cæco commonstrat. De *Hyperbolo* & *Cleone* quod ait,
nobile fuit improborum compar. Erat Hyperbolus
genete Atheniensis, qui post Cleonem magistratum
gessit, vir perniciosus, & inquinatissimis moribus, nul-
laque re clarus aut potens, nisi vitio linguæ. M. Tull.
lib. de claris Orat. ita scribit de Saturnino, *Homō si-
millimus Hyperbolē, cuius improbitatem veteres Atticorum
comœdia notaverunt*. Tradit Aristophan. interpret eum
fuisse *λυχνοπιδόν*, qui, ut ponderosiores essent lucernæ
multum admiscebat plumbi, quâ arte & impostura cla-
rior quàm gladio, ingentes sibi opes comparavit. hinc
proverbio locum fecit, ὡς τὸ ὑπὲρβολοῦ πεινῆος, *Hyper-*

βολο, nequius, cuiusmodi Erasclus. At Cleon, quem *ἄγχι* δειψίω, vel *σποχόμενος* per convicium appellat Comicus, quod patre natus esset ebriario, traducit ut passim ob rapacitatem, & alia flagitia, ut quos suos Equites adornavit Aristophanes, sicut in Hyperbolum *Μαρίκαμ* suam Eupolis.

Ἀλλὰ τίς ὁ ψόφος
 ὅστις ἐστὶ, καθάπερ σι-
 δῆρας πρὸς λίθον. Εἰ.
 ὁ Τίμων ὅστις σκάπιδ
 πηλοῦ ἀρσενὸν, καὶ
 ὑπὸ λίθον γῆδιον. πα-
 παί, ἔῃ πενία παρῆς,
 ἔῃ ὁ πίνος ἐκείνῳ.
 ἡ καρτερία, καὶ ἡ συ-
 φία, καὶ ἡ ἀνδρεία, ἔῃ
 ὁ πικρὸς ὅχλος τῶν
 ὑπὸ τῷ λιμῷ πατρί-
 δων ἀπάντων, πολὺ ἀμείνους τῶν δόρυ-
 φόρων.

Sed quis hic fragor, ac
 si ferrum & lapis colli-
 dantur? Merc. Timon
 hic est, qui proxime mon-
 tantum & petricosum fo-
 dit solum. Pauper, & Pau-
 pertas adest, & Laborille,
 tam Robur, Sapientia,
 Fortitudo, atque id genus
 aliorum turba quorum o-
 mnium agmen Fames co-
 git, longe prestantius quam
 tui sint satellites.

Ἐπερώσις sive interrogatio Pluvi strepitum audien-
 tis causamque sciscitantis, cui respondet Mercurius.
 τίς ὁ ψόφος;) Notant Grammatici ψόφος proprie son-
 nitum esse, qui fit ex collisione duorum corporum du-
 rorum, ut hic ferri saxo impacti. Sic crepitanis januæ
 strepitum, & aliarum rerum stridularum, *λαίψισσις*
 appellant Græci. *ἰσμεν γὰρ*) Erat Attica regio maxi-
 mam

nam partem sterilis & rupicosa, præsertim quæ lit-
toralis est, ut ex Strabone discimus, ἡ πτωχία.) Descri-
bitur porro Timonis habitus & satellitium Pluti, in
quo conspicitur *Paupertas* eique coægenes socii *La-
bor* & *Sapientia*, quorum omnium dux est *Fames*. Do-
cetur his verbis, quætra sint paupertatis commoda,
quamque ea præstet opulentia. Παλὼν ὁ λιμὸς γίγνεται
διδάσκαλος, inquit senarius Græcus, *Magistra multo-
rum improba existit fames*. Nam *Fames* sive *Paupertas*
tanquam rigida quædam exactrix homines ad labores
compellit, & ingenia excitat ad rerum præclararum
indagationem. Vnde perquam scitè Persius, *Magi-
strum artis ingenique largitorem* appellat *Ventrem*, in Pro-
logo. Quod ita se habere multis solidisque rationi-
bus demonstrat ipsa *Penia* apud Aristophanem in *Plu-
to* adversus *Plutum*, ideo se illi præferendam esse con-
tendens. Manilii item est:

*Et labor ingenium miseris dedit: & sua quemque
Advigilare sibi jussit Fortuna premendo.*

Loquitur de scientiis Astronomicis, quarum inven-
tionem, ut & cæterarum artium Divæ huic nostræ
transferibit poeta. ἐπὶ λιμῷ τέλει δὲ), loquendi ge-
nus à militia desumptum.

Πλὼ. τί οὐκ ὄν
ἀπαλλὰ τὸ μέγα ὦ Ερ-
μῆ τὴν ταχίστην; ἔτι γὰρ
αἱ τι ἡμεῖς διδάσκαλοι
ἀξιόλογον πρὸς ἄνδρας
ἐπὶ τηλικύτῃ στρατο-
πέδῃ ἀπειροχρημόδου. Ερ.

Plut. Quin igitur
quam ocysimè discedimus
Mercuri? Neque enim
quicquam æstimabile præ-
stiterimus cum homine
vallato istiusmodi exer-
citu. Merc. Secus vi-

ἀλλὰς ἰδοῦε τῷ Διὶ. *sum est Iovi: quare nihil
μηδ' ἀποδεικνύμεθ' οὐκ. metuamus.*

Plutus audito Timonis satellitio, quam ocysimè
discedant, auctor est Mercurio, quia nullum operæ
pretium facturus videbatur cum homine istiusmodi
circumvallato exercitu, quem tamen Mercurius, ut
fidelem decet nuncium, suadet Iovis mandata perficere,
& Timonem intrepidè aggredi. τὰ πείσμα) de-
fectuosa locutio, pro τάχα. desideratur præpositio
ἐν. Vide Steph. περιχρῆσθαι) circumdatum, vallatum,
supra dixit, δευφορέμην. Verbo περιχρῆσθαι utitur eo
modo auctor quo satellites circumdant aliquem. ἰδοῦε
τῷ Διὶ) Decretorum divinorum τὸ ἀμειβάμενον desig-
nat. Vnde quicquid Iovi visum statutumque est se-
mel, τόδε ἐπὶ πεισισμῶν ἔστι, inquit Homerus, certi-
tudinem divinæ providentiæ relligiosè asserens. μηδ'
ἀποδεικνύμεθ') Meticulosus passim introducitur Plutus,
quem propterea πάντων δαιμόνων δαιμόνιον appellat.
Chremylus apud Aristophanem in ejusdem fabula.

Πε. ποῖ τῶν ἀπάγεις
ὃ δ' ἐγειφόντα χειρα-
γωγῶν; Ερ. Ὡς τὸν
Τίμωνα ἐπέμψην
μὲν ὑπὸ τοῦ Διός. Πε.
νῦν ὁ Πλάτων Ὡς Τί-
μωνα, ὅπως αὐτὸν ἐγὼ
κακῶς ἔχοντα ὑπὸ τοῦ

Paup. Quonam istum
Argicida, manu abducis?
Merc. Ad hunc Timo-
nem à Iove missi sumus.
Paup. Itane nunc Plu-
tus ad Timonem, postea-
quam ego ipsum antea de-
litijs malè corruptum su-
scepi: & his, videlicet

τρυφῆς

τευφῆς ὡδραδῶσα, Sapientia & Labori tra-
 νηπιῶι ὡδραδῶσα, τῇ diuina, strenuum, multi-
 σοφία, καὶ τῇ πίνῳ, ἧμ- que precij virum reddidi ?
 παῖον ἀνδρα καὶ πολλῶ ἀξίον ἀνιδεῖα ;

Penia, ut Plurum videt accedentem, indignabunda
 Mercurium interrogat, quò illum abducatur, percep-
 toque responso, miratur eum rursus adire Timonem,
 à quo tam contumeliosè fuerat eiectus. Vultur ora-
 tione exacerbationis plena. νῦν.) Fastidium subest
 huic pronomini & contemptus q. d. hunc cæcum &
 vitiis deformem. Ἀργυροτόντις Mercurium indigetatur
 per ludibrium Homericò utens epitheto. Sic appella-
 tur, quod Argus Iûs custodem occiderit secundum
 poetas. Erat autem Argus ille pastor, totus, ut Plau-
 tus loquitur, *cauleus*, quem lyrà sopitum interfecit
 Mercurius, & vaccam abduxit, quam fabellam inge-
 niosè persequitur Ovidius 3. Metamorph. Physiologi
 ad Naturam referunt, ut Mercurius sit Sol; Argus *πα-
 ῖοντις*, cælum cum stellis, quæ sole adveniente quasi
 occiduntur, id est, obscurantur & occultantur. de
 quibus dissertantem audi Macrobi. Saturnal. lib. 1.
 & cl. Vossium in sæpius a me laudato opere. ἀνιδεῖα)
 pro ἀπείλῃ. Sic supra usus est verba ἀνιδεῖα Luc-
 cianus pag. 30.

Οὕτως ἄρα δὴ κα- Adeone despicienda, in-
 ταφρόνη & ὑμῖν ἡ πε- juriaque idonea Pauper-
 ρία δοκᾷ, καὶ δαδίκη- tas vobis videor, ut hunc
 τῷ, ὥστ' ὁ μόνον κτῆ- que mihi unica erat pos-

μα εἶχον, αἰφαιρεῖσθαι
 με ἀπερβῶς πρὸς δρε-
 πῶν ἐξεργασμῶν, ἢ
 αὐτῆς ὁ πλεῖστον πα-
 ραλαβὼν αὐτὴν, ὕβρις
 καὶ τύφῳ ἐγχειρήσας
 ὅμοιον τῷ πάλαι μαλ-
 θακῶν, καὶ ἀγνῶν, ἔάνοη-
 τον δοποφήσας, δοποδῶ
 πάλιν ἐμοὶ ράινῃ ἤδη
 γεγνημῶν.

sessio, eripialis, jam ex-
 actissima cura ad virtu-
 tem excultum? ut Plu-
 tus hic, ubi denuo suscep-
 tit, per contumeliam, &
 arrogantiam illi manu in-
 jecta, mollem & igna-
 vum, & vecordem, qualis
 olim erat, reddiderit:
 rursum mihi restituat
 ubi jam nihili factus e-
 rit.

Indignatur Penia, quod ab omnibus despiciatur &
 contumeliosè exerceatur: Plutus contra summo cum
 honore recipiatur, qui tamen homines reddat arro-
 gantes, molles, omnique vitiorum genere deformes:
 idque probat exemplo ipsius Timonis, re ipsa confir-
 mans, quæ verbis disputarat. *ἰσχυρὸν ἐστὶν*) quæ ab
 amicis facile contemnitur. Nam ut olim, sic hodie-
 que verum esse comperitur, quod ait ingeniosissimus
 poeta:

*In pretio pretium est, solus dat census honores,
 Census amicitias, pauper ubique jacet.*

Pauperes enim quia minus sapere creduntur, quàm
 divites, a Magistratu & publicis muneribus excluduntur.
Curia pauperibus clausa est, inquit idem Naso. Vnde
 eorum verba nihil ponderis habent: ἢ ἡ ἀντιπρὸς αὐτοῖς
 οἱ λόγοι νεκροί, dixit aliquis è Græcis Comicis: at di-
 vitem voces, velut oracula habentur, ipsisque inesse
 credi-

creditur illud grande sophos. & *ἀνδρῶν*, inquit Pin-
 datus, *ἀνδρῶν ἰσὶ μωδῶν*, id est, *felicitatis & divitiarum*
summa inest sapientia opinio. *Λαδινῶ*) Sic vocatur
 Penia quod omnium injuriis opportuna sit facileque
 opprimatur in judicio pauper. Aristoteles lib. 2. Rhe-
 tor. enumerat eos, qui potentiorum injuriis maximè
 expositi sunt, quos inter præ cæteris censet *τὸν πτωχόν*,
id est, pauperes, cum aliis de causis, tum propter
 illorum indigentiam, & dicendi agendaque imperitiam.
 Contra mores describit eorum, qui injuriam potius in-
 ferre solebat quam pati, ut sunt *ἀδικοὶ & potentές*, qui
 cum sint *καλοφύλοι*, adversus aliorum oppressiones sum
 præstio habent præsidia & clientelas. *ἰσχυροί*) va-
 riè exponunt interpretes. Erasimus: *Per contumeliam*
& fastum manu illi infectis, ut subintelligatur dativus
 personæ *δοτῶ* scilicet Timoni. Sunt qui vertant: *Contu-
 melia & typho in nimium tradens vel dedens*, quasi esset
ἰσχυροί, nisi ita legendum, quo sepsu paulo ante
 usurpat verbum *παροδῶν*. Aliis rectè Petreus, *ἰσ-
 χυροί* exposuit, *manum inisitare*, quæ propria ejus si-
 gnificatio est. *παρῶ*) Eleganter ita vocat hominem
 nihil à veste detrita seculaque sumptio convicio.
 Deducitur à *ἰσχυρῶ*, tumpo, teste Eustathio, cujus
 præf. *ἰσχυρῶ*, verso, in α & densa consonante in
 tenuem. Nisi fortè ex Hebræo fonte derives à *יפר*,
 quod est, *expandit*, *intantum duxit* attenuando. Ari-
 stophanes in Pluto per convicium sic vocat cutem ani-
 cule rugosam & flaccidescentem. Logitur & *πανδα*, si
 proba vox est, in illo Posidippi apud Athenæum: *παν-
 δα* *παντα παντα ἀποκαθάρσει*, id est, ex restitutione
 Calauboni: *Cogita talis turba farraginem convenisse*.
 Galli integram vocem servarunt, cum *racaille* dicunt
 pro face hominum. Simillimè & *ῥαίνας* appellant

Græci senes efficitur & Reipub. inutiles, q. d. *τῆς παλίας*. Euripid. in Autolyco.

Ερ. ἰδοὺ ἐκ τούτων, ὡς
 πένια, τῷ Διί. Πε. ἀ-
 πέρχομαι. καὶ ὑμεῖς ᾧ ὡς
 πένι, καὶ σφία, καὶ οἱ
 λοιποὶ, ἀπολαύειν μοι.
 ἄτ' οὐ καὶ πάλιν ἔστιται
 εἶαν με ἔσθαι δοσολί-
 ψη, ἀγαθὸν συνεργόν,
 ἔδιδάσκαλον τ' ἐδεί-
 ξαν, ἢ οὐτις, ὑμῖν δὲ
 πὲρ σώμα, ἐρρωμένῳ
 καὶ πλὴν γνώμῃσι διετέλε-
 σεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν, ἔ-
 πρὸς αὐτὴν δοσολί-
 πων. καὶ ἢ περὶ τούτων
 πολλὰ ταῦτα, ὥσπερ
 ἐστὶν, ἀλλότρια ὑπολαμβάνω.

Merc. Sic, ὁ Pauper-
 tas, Iovi placitam est.
 Paup. Equidem abeo:
 at vos Labor, & Sapien-
 tia reliquique sequimur
 me. Porro hic brevi co-
 gnoscet, qualis in se fue-
 rim, quam nunc relin-
 quit: nempe adjutrix bo-
 na, & rerum optimarum
 doctrix, qua cum donec
 habuit commercium, sano
 corpore, valentique animo
 perseveravit, virilem exi-
 gens vitā, & ad sese respi-
 cius: superflua autem
 & vulgaris ista, aliena,
 ita ut sunt, existimans.

Paupertatis querelæ respondet Mercurius, & Iovis
 imperium mandatumque obtendit, cui cedit Penia,
 & cum indignatione totoque satellitio suo à Timone
 discedit. Vbi verò Plutus accedit, unā cum eo om-
 nium vitiorum agmina succedunt. Verè Iuvenalis
 sat. 6. Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo

Παι-

Paupertas Romana perit. Ex opulentia enim copia: ex copia luxus, hinc corruptissimi quique mores nascuntur. At Paupertas optimarum rerum doctrix est facitque ut cultores sui corpore sint robusto virilique semper animo præditi. Sic & eadem *Penia* de se jactat apud Aristoph. ἡ γοήναι, inquit, ἔπερ Πάνα παρὲρ βελτίων ἀνδρῶν καὶ τοῦ γούλῳ, καὶ τοῦ ἰδίου. Nam *Penia* tenuem simplicemq; victum præscribit, ex quo id commodi percipit homo, ut bene valeat. Unde non in scitè paupertatem *bona mentis forem* dixit antiquitas. Sed eam à mendicitate distinguimus, nam pauper aliquid habet, & præterea animum adjungit rebus agendis. At mendiculus nihil habet, deque alieno tantum vivit, nec honesto operi se applicat. (ἐξῆς καὶ ἀλλότριά.) Sic vocat externa bona, quorum copia carere possumus, quæque vel habere vel retinere in aliena, haut nostra potestate situm est. De quibus & Juvenalis sat. 10.

Ergo supervacua hæc aut pernicioſa petuntur

Propter quæ fas est genus incensare Deorum.

Præclare in hanc rem Euripides: ἰσὶν τι δὲ βροτῶν πλεόν δυοῖν, Δίμνησ' ἀντὶς, πάματι δ' ἰδυχέα, Ἄνεγ πᾶσι καὶ πῖνον' ἡμῶς τρέφειν. h. o. Quid mortales desiderant præter duo sola, fruges & aquam? quæ in medio posita sunt, & eò a Natura sunt producta, ut nos alant. Ad quæ respexisse videtur Seneca: Panem & aquam, inquit, Natura desiderat: nemo ad hæc pauper est. intra quæ quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Iove de felicitate contendit. Epist. 17.

Ερ. ἀπέρχονται.

Merc. Discedunt illi.

ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν νοῦν nos cum adeamus. Tim.

αὐτῷ. τίς τις ἐστὶν αὐτῷ
κατὰ κράτος; ἢ τὴν βελό-
μῳ μοι δεῦρο ἤκει, ἀν-
δρα ἐργάτῳ, ἔμμετο-
φόρον ἐνὸς χλήροτος;
ἀλλ' ἔχαιροντες ἀπὸ τῆς
μαρτοῦ πᾶν τις ὄντως.
ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς αὐτίκα
μάλα βάλλων τοῖς
βάλοις καὶ τοῖς λίθοις, σπαιτεῖν.

*Quidnam estis, o scelesti?
aut qua gratia huc adhe-
nistis, hominū operario, ac
mercenario negotium ex-
hibitis? sed non leti ab-
bitis, improbi vos omnes:
nam illico vos ego glebis
& saxis petitos commi-
nuam.*

Timon discedente Penia ejusque comitibus Plutum
conspiciens cum suis accedentem acerbā & minaci
oratione infectatur. ἀνδρα ἐργάτῳ Indignatur, quod
ipsum in rustico opere versantem interpellent. Solent
enim τοῖς χειρῶν & operi gnaviter intentis molestæ
esse interpellationes, præsertim cum damno conjun-
ctæ. Sic rustici senes apud Aristoph. in Pluto ægrè fe-
runt, quod ipsos ex agro vocasset Cario, & quidem
πολλὰ μοχλίζοντες, καὶ οὐκ ἔσσης χεῖρας, cum gnaviter laborarent,
hoc otium suppeteret. Qui apud alios dicuntur ἐργαστοί,
apud Atticos vocantur ἐργάται teste Hesychio, proque
operariis rusticis plerumque accipitur. ἔχαιροντες ἀπὸ τῆς
non leti abibitis, pro, non impune feretis, i.e. οἰμώξετε,
plorabitis, ut alibi. Litotes. μαρτοῦ & κατὰ κράτος voces sunt
abominantium. λίθοις βάλλοντες uno verbo Græci dicunt
λιθοβολῶν, & simpliciter lapides in aliquem conjicere
significat. Nam λίθου illa ludæorum Græcis genti-
bus ignota fuit. κατακτείνω i.e. conteram, comminuam. Sic

En-

Ennius: *saxo ore comminuit brum*, vocis interfectione
ipsam capitis *ἀφ' ἧς* exprimens.

Ερ. Μηδερῶς ὦ Μερκ. *Nequāquam* ὦ
Τίμων, μὴ βάλῃς. ἔ
γὰρ ἀνθρώπους ὄντας
βαλεῖς. ἀλλ' ἐγὼ μὲν,
Ερμῆς εἰμι, ἔτ' ὧ
ὁ Πλὺτ' ὧ. ἐπιμύσει ὧ
ὁ Ζεὺς ἐπακρύους τῶν
εὐχῶν. ὥς ἀγαθὴ τύχη
ῥίχῃ τ' ὀλβον, δόσεις τ' πόνην.

Mercur. *Nequāquam* ὦ
Timon ne ferito: neque
enim mortales feries. Ego
enim sum Mercurius, hic
Plutus. Nos tuis preci-
bus exauditis misit ad te
Iupiter. Quare, quod bene
vertat, opes accipe defi-
stens à laboribus.

Mercurius iracundum Timonis impetum stiturus,
quinam ipsi sint, à quo, & quem in finem missi, paucis
declarat. ἀγαθὴ τύχη } *bonæ auspiciis*. τὴν, vocabulum
est τ' μέγας. quæ nunc *bona*, nunc *mala* dicitur. Ἀγ-
θὴς Τύχης statua fuit Athenis juxta Prytaneum, item-
que Romæ in Capitolio, quæ & Antias dicta ab Antio
oppido, ubi templum famosissimum habuit multorum
etiam principum donis ornatum. Unde Horat. *O Diva
gratum quæ regis Antium*. Mala autem *Fortuna* in Esqui-
liis culta legitur. Scribit Pausanias in Boeot. *Fortunæ
facellum fuisse*, in quo ipsius *Deæ* simulacrum esset,
Plutum divitiarum Deum puerum tenentis. Quo si-
gnificabant Veteres, *Fortunam* ipsam divitiarum esse
matrem atque nutricem. Non ignoravit hoc Ma-
gis noster in sua regia, ubi proximam *Divæ Pecuniæ
Fortunam* collocat:

Fortuna ante alios magnam sibi vindicat illis

Impe-

Imperium, regniq; tenet communia sceptrum,

Instabilemque globum geruntis ornavit & aurum.

Hinc Sallust. de conjurat. Catilinæ loquens: *Fortuna, inquit, in omni re derivatur, ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat, obscuratque.* Erasmus à Gallo textu transtulit, quod bene vertat. Sic enim loqui solebant antiqui & bene precari. Cicero lib. 1. de divinat. Neque solum Deorum voces Pythagoræ observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ majores, nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix fortunatumque sit, præfabantur. *Διχὲ τ' ἄλβει*) Finem adventus sui esse dicit Mercurius, ut iterum ditatus Timon liberetur ab hoc acerbæ vitæ genere, qualis est rusticorum. Sic & Cario apud Comicum solatur mæstros senes rusticos: *ὁ δὲ δὲ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ ψυχρῶ βίει καὶ δυνάμει ζῆλον ἀπὸ μακροῦ*, id est, *hærens meus pallescatur, vos omnes hanc mæstem & odiosam vitam cum alia suaviore permutaturus & beatè delicatèque in posterum vulturus.* *Δυνάμει τ' ἄλβει* dixit pro *ἀλβει*. Vide Gallie sue deum Budazum pag. 473.

Τί. Καὶ ὑμεῖς οἰ-
μώξεσθε ἤδη, καί πο-
τεοὶ ὄντες, ὡς Φαπύ.
πικρὸς γὰρ αἶμα καὶ
θεὸς καὶ ἀνθρώπος μι-
κρὸν. τὰ πρὶν δὲ τὸ τυ-
φλὸν, ὅπως αὖτις, καὶ Πρι-
τείψεν μοι δοκῶ τῇ
δικέλλῃ. Πλὴν ἀπὸ τοῦ

Tim. Aliquid vos jam
ploraveritis, etiamsi Di-
sitis, ut dicitis: siquidem
odè pariter omnes tum
Deos, tum homines. Sed
cecum hunc, quisquis is
est, certum est mihi im-
pacto ligone comminuere.
Plut. Abeamus per Io-
vem, Mercuri; quando-

ἴδω. ὦ Ερμῆ. πρὸς τὸ
Διὸς. μελαγχολῶν γὰρ
ὁ ἄνθρωπος. ὃ δὲ μὲν ἰδὼς
μοι δοκεῖ, μὴ τι κα-
κὸν ἀπὲλθω ἀποσλαβών.

quidam hoc homini mihi vi-
detur non inodiositer in-
sanire, ne malo quoriam
accepto discedam.

Timon Deorum nominibus numinibusq; nihil ter-
ritus utrique minas intendit. (οἰμολογῶ) Ut ab ἑ
particulis ἡμεῖς οἰμολογῶν fit ὁ ἄνθρωπος pro admirari: ab αἰνῶν, ver-
bum αἰνῶν, lamentari: sic ab αἰνῶν, quod adverb. est
hominis aliquid indignè ferentis, est οἰμολογῶν, nec lu-
ctum duntaxat, sed & contemptum significat. Quos
enim aspernamur, eos & jubemus plorare. Desumptum
hoc loquendi genus, ut volunt, à Scythis, qui Dario
regi nihil aliud respondebant, quàm καλῶν. Imitantur
Latini. Horat.

Qui me commoritur (melius nil tangere clamo)

Flebit & insignis tota cantabitur urbe.

ἀνθρώπος μελῶν.) Inde & εἰ μελῶν ἄνθρωπος nomen. (οἰ-
μολογῶν) Translatum hoc volunt à remigibus, quorum
remi assiduâ jactatione teturunt, vel ut alii, à eutribus,
quorum rotæ crebro circumactu alliduntur. (οἰμολογῶν)
Plutus metu percussus abite conatur, ne plagis onu-
stus, aut insigni damno mulctatus mox cogatur disce-
dere. Sic idem sibi metuit à Chremylo, ejusque con-
tribulibus apud Comicum: *St cognoveritis, inquit, quæ
vir sim, κακὸν ἔμ' ἐργάζεσθαι, aliquod malum mihi imbi-
tis. μελαγχολῶν ἄντι δὲ μάλιστα*, ut supra.

Ερ. Μηδὲν σκαιὸν, Merc. Nequid feroci-
αὶ Τίμων. ἀλλὰ τὸ πᾶν τερ. Timon, quin potius

τῷ ἄγγελον, ἢ τετραχὺ
καταβαλὼν, πορτείνας
τὰ χεῖρες, λαμβάνει τ
ἀγαθὴν τύχην, καὶ
πάλιν, ἔϊσι
Ἀθηναίων τὰ πρῶτα,
ἔπειτα ἄλλων ἀχαι-
ων ἐκείνων, μόνον αὐτὸς εὐδαιμονῶν.

hac feracitate, & affert
tate deposita, benam fortu-
nam porrectis manibus ex-
cipe, rursus dives esto,
rursus Atheniensium prin-
ceps, solusque fortunatus
ingratos illas despicio.

Sequitur oburgatio παρρησιαῖς seu admonitoria.
Corripit Timonem Mercurius, cumque hortatur, ut
deposita illa feritate obviis ulnis oblatam divinitus for-
tunam excipiat. μηδὲν οὐκ αἰν.) (f. Διὸς ἄχαιος αὖν. Illud
οὐκ αἰνὴ variè exponitur ab Hesychio, quem consule.
Vult Mercurius, nequid stolidum, improbum aut in-
humanum committat in se, λὰ τὸ σκαῖον. Læva ma-
nus ad opus faciendum inepta est, cui opponitur τὸ
δεξιόν, quod contrarias habet significationes: dextra
pro bonis. Λάμβανει τὴν ἀγαθὴν τύχην) id est, felix esto.
Supra dixit, ἀγαθὴ τύχη δέχου τὸ ἄλσος. Studium expri-
mit, cum addit: πορτείνας τὰ χεῖρες, porrectis manibus, vel
ambabus, quod ajunt, manibus. Ubi notetur τὰ pro τῇ in
duali dicere Atticos per enallagen generis. Quod ex
Homero & Platone in aliis etiam observat diligentissi-
mus auctor Plutarchus. Ἀθηναίων τὰ πρῶτα) pro ὁ πρῶ-
τος, vel τὰ πορτεῖα φερέτω, qui primus est, vel primas
tenet inter Athenienses. Aristoph. καὶ τὰ πρῶτα τὸ οὐκ
ροχρησας, nebulonum illic princeps est.

Τί. Οὐδὲν ὑμῶν δε-
μαί, μὴ ἐνοχλεῖτέ μοι.

Tim. Nihil mihi vo-
bis est opus: ne obturba-

κα-

ἰκανὸς ἔμοι πάρεστι· ἢ πᾶσι οὐκ ἔστι μὴ λίγος
 διπλά· τὰ δὲ ἄλλα, βίη πρὸς τὰς ἀτυχίας·
 εὐδαιμονέστατος εἰμι μὴ-
 δυνὸς μοι ἀπολαύσειν·
 τῷ·

Ad *lāzariā* suam ostendit Timon, & laboriosam pau-
 pertatem ignavis antepōnit divitiis. *ἰκανός*, &c.) Jocosē
 dictum, *ἰκανός μοι πάρεστι· ἢ διπλά*. Ludicā ambiguitate
 vocis *πάρεστι*, qua & *Deus* & *divitiæ* significantur. Osten-
 dit hic Timon se *μισόπαρῶν*, id est, *divitiarum contem-
 ptorem*, quod in quo viro perspectum est, (verba sunt
 Tullii) *hunc dignum spectatū arbitramur, miramurque
 quā maxime, quod eas res spernit & negligit, ad quas ple-
 rique inflammata aviditate rapiuntur*. Tales inter philoso-
 phos familiam duxere Cleanthes, Aristippus, Diogenes,
 Pythagoras, & alii complures, qui cum divites essent
 vel esse potuissent, divitias contempsere: nonnulli in
 profluentem abiecere tanquam bonæ mentis impedi-
 menta. Eodem quoque in Plutū, quo in hostes ani-
 mo fuere invicta illa belli fulmina, Epaminondas, Cu-
 rius, Scipio, Fabricius, Q. Cincinnas ab aratro ad
Dictatūram vocatus, similesque heroum non pauci. De
 Socrate legitur, quod cum Archelaus rex ipsum ditare
 vellet, ei rescripserit: *quod farina choenices quatuor obolo
 venirent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam si res
 meæ, dicebat, mihi non sufficiunt, at ego ipsis sufficio: &
 sic etiam ipsa mihi.*

Εἰ. Οὕτως ὡ τῶν Mer. Ἀδὲο ne quæso
 ἀπὸν ἑρῶως; πένδε inhumaniter? Hæc ego
 Φέρω

Φέρω δὲ μῦθον ἀπὸ
 νῆα π, κατὰ π; Ε
 μὲν εἰς τὴν μισάν-
 θρωπον μὲν εἶναι σε, το-
 σαῦτα ὑπὸ αὐτῶν δει-
 νὰ πεινῶντα, μισο-
 θῶν ὃ μηδαμῶς, ὥστε
 Πημελεμένην σε τὴν θῶν.

ferre Iovi refero atque
 immania dicta? Atqui
 par erat forsitan indifos
 esse tibi homines, à quibus
 tam indignas injurias ac-
 cepisti: nequaquam autem
 Deos, cum illi tantopere
 tui curam gerant.

Inhumanitatem Timonis redarguit Mercurius, &
 sermonis acerbicatem. ἡ γὰρ) vocandi casus est per-
 aphoresin, ἡ , & appositionem ἡ , à recto ἡ , quæ
 vox faciem & familiarem denotat, ex quo posteriores
 Græci fecere ἡ , productâ terminatione. Sic δὲ ,
 καὶ , λίαν , & similia legas apud Homerum pro δῆμος,
 καὶ , λιανῶν , in quibus contra vulgus Grammatico-
 rum non ἀντιπρὸς, sed ἀρχαίολογος statuit ἡ περι-
 πρὸς Salmasius. τὸ δὲ φέρω) Versus est Homericus,
 qui exat Iliad. 6. ubi Iris de Neptuno ob Iovis impe-
 rium stomachante his verbis utitur. Hinc videmus,
 non ex opulentia solum, sed etiam paupertate hauri
 rare nasci inhumanitatem, & ingenii quandam
 morositatem. Verè Comicus: Πενία δὲ ἀνθρώπων ἔχει
 τὴν πᾶσι πᾶσι. Ab inopia aliquando venit inhumanitas.
 ἡ Πημελεμένην σε) Providentiam divinam astruit Mer-
 curius contra Epicurum, qui τὸ στυγαχὲς Deo in το-
 tum adimebat. Illius hoc effatum erat: Τὸ μακάριον καὶ
 ἀφθαρτὸν σὺν αὐτῷ ἀνθρώπου ἔχει, ὃ δὲ ἀλλὰ παρὶς. Quod
 beatum & immortale est, negocia nec habet, nec cuiquam
 exhibet. Putabat enim suam Diis non constare tran-
 quillitatem, si rerum humanarum curis destingerentur.

Unde

Unde Didſus ſoror apud Maron. 4. *Aeneid*, *Scilicet is Superis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat*. Sunt enim Diſ *ἰὼν ζῶντες*, ut loquuntur poëtae. Et hanc eſſe cauſam ipſe Epicurus teſtatur in epiſtola ad Herodotum. *ὃ γὰρ συμφορῶν (ἢ περιμαλῶν, ἐφροντίζον, καὶ ὀργῶν, καὶ χόλεως καὶ ἐλπίδος, ὅσα δὲ ἀφ' αὐτῶν, ἐφ' ὧν, καὶ ἀποδίδονται τὰ πλεονεκτήματα γίνονται)*, id eſt, Non enim conveniunt actiones, & cura, & ira, & gratia ſumma beatitudinī; ſed infirmitas haec ſunt, & metus & indigentia aliorum.

Τίμων. Ἀλλὰ σοὶ ἰδὼν, ὦ Ερμῆ, ἐτῶ Διὶ, παλείη χάρις τῇ Ὀπιδείας. τῆτονι δὲ τὸ πλεονέκτον οὐκ αὖ λάβοιμι. Ερ. πὶ δὴ; Τίμ. ὅτι καὶ πάσαι μυριῶν κακῶν μοι αἵτις ἔτ' κατίζει, κόλαξις τε ὧν δὲς, ἐπὶ πλεονέκτας ἐπαγαγὼν, καὶ μίσος ἐπεγείρας, ἐνδυπαθείας κατὰφθείρας, ἐπὶ φθόρον ἀποφήνας. πῶς γὰρ ἄφνω καταλιπὼν ἕως ἀπίσως, καὶ περδολεῖν.

.Tim. At tibi Mercuri, Iovique pro veſtra cura plurimam habeo gratiam: ſed Plutum hunc recipere nolim. Merc. Quid ita? Tim. Quia mihi olim innumerabiliſſum malorum author ſuit, cum me aſſentatoribus traderet, mihi inſidiatores inveheret, odium conſlaret, illecebris corrumpere, invidia obnoxium redderet; denique quum me adeo perfide & proditorie deſtineret.

Correctione utitur Timon, & Diis quidem pro ſua cura plurimam habet gratiam: cætera Plutum nequaquam

quam se recepturum pendit, quod innumerabilium malorum sibi auctor extiterit, quæ sigillatim reconfer. Est hic præclara quædam ἀντιζῆσις Pluti & Peniæ à diversis utriusque effectis. *μὲλον καὶ αἶνον*). Sic dicitur Plutus, quem ex verò magis omnium bonorum juxta & malorum auctorem facit Chremylus apud Aristoph. *μολύνη*, inquit, *ἐν ἐρίῳ αἶνον* & *καὶ καὶ τῶν ἀγαθῶν*. Prout enim animus est utentis, ita & divitiar. Stoici inter ἀδιάφορα ponunt, quæ nec per se bona, nec mala sunt. Usus dat eis nomen, sive cum virtus, quæ sola bona est, sive cum malicia accessit. *καλὴν γίγνι*. quod peculiare est verbo *καθίσταται*. vide Budæum pag. 480. *μῖτον ἐπιγίγναι*) Constant enim odium & invidiam magnæ opes. Hinc Græci cum aliquem supra modum felicem laudarent, dicere solebant: *Εὐτυχὲς· φθόνος δ' ἀπείστω*. *Felix es, absit invidia*. Et *invidenda opes* apud Latinos, pro ingentibus. *αὐδύκῃς*) Cum perfidie & proditoriæ se à Pluto destitutum queritur Timon, docet, quàm fluxæ & inconstantes sint opes, ut verè scripserit Hieronymus: *Aurum inaleus est dominus, proditor servus*.

Ἡ βελτίστη ᾗ πενία,
 πόνοις με τοῖς ἀνδρῶν
 ταῖσι κατὰ γυμνάσαι,
 ἔμμετ' ἀληθείας καὶ
 παρρησίας προσμιλῶ-
 σα, τὰ π' ἀναγκαῖα
 κάμνοντι παρέιχε, καὶ
 τὸ πολλῶν ἐκείνων κα-

Contrà verò Paupertas
 me laboribus viro dignissi-
 mis exercens, mecumque
 verè & liberè convivens,
 & quibus opus erat suppe-
 ditavit laboranti, & vul-
 garia illa contemnere do-

τιφρο-

ποφρονῶν ἐπαίδων, *cuit, effecitque ut mihi*
 ἐξ αὐτῶ ἐμῷ τὰς ἐλπί- *vite spes omnis ex me ipso*
 δας ἀπαρτήσασί μοι ἔ- *penderet.*

βίη.

Est hæc altera collationis pars, qua continetur illu-
 stre paupertatis encomium. Eundem locum commu-
 nem pertractat Aristophanes in Pluto, ubi refert, quæ
 commoda paupertas : quæ ex adverso mala producat
 rerum copia & luxus. *ῥέποις ἀνδραγαθίῃς*) id est, la-
 boribus viro dignis, quales sunt præ cæteris rustico-
 rum. Hinc Cleanthes suam vitam divitum vitæ sole-
 bat præferre hoc nomine : *dum illi, inquit, pila lu-*
dunt : ego fodiens duram humum exerceo, ut refert Laër-
 tius lib. 7. cap. 11. per τὰ ἀναγκάια intelligit τὰ βίαι-
 ῆκά. Iuvenal. Sat. 14.

Vivite contenti casulis & collibus istis

O pueri : Marsus dicebat, & Hernicus olim

Vestinusque senex : panem quaramus aratro,

Quod satis est mensis.

Ἰκάρων πλῆθος supra vocavit Timon. καὶ τὰ πικρῶν) Sic
 vocant Græci vulgaria hæc & cuius obvia bona, quæ
 despiciere magni animi est atque excelsi. Tullius pro
 domo sua. *Caduca semper & mobilia hæc esse duxi, non*
virtutis atque ingenii, sed fortune ac temporum munera :
quorum ego non tam facultatem & copiam expetendam pu-
tavi ; quàm & in utendo rationem, & in carento patien-
tiam. ἐξ αὐτῷ ἐμῷ, &c.) Ex se ipso pendere dicitur,
 qui non in divitiis aut rebus ullis externis fiduciam
 collocat, sed animi sui bonis acquiescit. ἀπὸς ἑαυτοῦ
 βλίσκων supra dixit. Persius. *Ne te quæsis extra.*
 τὸ ἀπαρτῆσαι à corpore ad animum transfertur, ut pen-
 dendi verbum apud Latinos.

καὶ δείξασαι ὅτις ὡς
 ὁ πλάττω ὁ ἐμὸς, ὃν
 ἔτε κέλαξ θωπύων,
 ἔτε συκοφάντης φο-
 βῶν, ἔ δῆμοπαροξ-
 υωθεὶς, σὺκ. ἐκκλησι-
 ατῆς ψηφοφορήσας, ἔ
 τύραννον Πιπυλά-
 σαις, ἀφελέας δύναται αἶν.

*Et demonstravit quæ-
 nam essent opes meæ,
 quas neque adulator assen-
 tans, neque sycophanta
 territans, neque plebs ir-
 ritata, nec concionator
 suffragium ferens, neque
 tyrannus insidians queat
 eripere.*

Ostendit his verbis Timon, quænam sint veræ & solidæ opes semperque permanentes, nimirum quæ in animo consistunt, nec fortunæ casibus obnoxix sunt. πλάττω θωπύων) id est, blandis verbis decipiens. θωπύω proprie vocatur ὁ μετὰ θαυμασμοῦ ἰγναμίας Hesi- chio interprete, qui quasi admirabundus aliquem laudat & prædicat. συκοφάντης φοβῶν) appositè. Terrori erat illud genus hominum civibus, quorum nomina falsò sæpe deferebant apud Magistratum. Ita apud Aristophanem in Pluto gloriatur sycophanta, quod cives accuset, iustoque crimen intentare conatur, ut eum perdat. δῆμοπαροξυωθεὶς) Nec minor est plebis irritatæ potestas in bona fortunæ. Nam divitiæ, imperia, fasces, quæque ejus generis sunt alia, ab eo qui dedit, rursus eripi possunt. Horatius,

*Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: ut si
 Detulerit fasces indigno, detrahent idem.*

Pone meum est, inquit, pono tristisque recedo.

Vnde aurarii favores dicuntur, qui à populo confe-
 runtur, i. e. vento & aura leviores. Περ ἐκκλησιαστικῶ
 intel-

intelligit eum, qui in concione aut cæti populi suffragium fert, quod est ψηφοφορίη, fiebatque τὰς ψήφοις, sive calculis. quorum alii erant ἀδικητοὶ & absolutorii: alii μέλαντες & condemnatorii. ἡ Τύραννος ἰπὸς) Tyranni quoque meminit, cujus proprium est insidiari vitæ & fortunis innoxiorum civium. Sicut enim bonus princeps, quem περίφημα λαοὶ appellat Homerus, pro suprema lege habet subditorum suorum salutem: ita ex adverso Tyrannus suis tantum spoliis inhiat, quasque fidi pastoris exemplo tondere debebat oviculas, lupinum in morem deglubit, atque dilacerat. ἡ μὲν βασιλῆας meritis eos appellat Hesiodus. Notum omnium tyrannidi, aut insidiis non obnoxia esse ea, quæ vocamus animi bona, docet Timon. Præclare Flaccus lib. 3. od. 3.

*Iustum & tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida. —*

Et idem epist. 16. lib. 1.

*Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheus
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges? adimam bona, nempe pecus, rem,
Lectos, argentum, tollas licet. in manibus &
Compedibus servo te sub custode tenebo.
Ipse Deus, simulatque volam, me solvet. opinor.
Hoc sentit, moriar: mors ultima linea rerum.*

Notandus hic participiorum elegans personisque convenientis schematismus.

Ἐργῶ μὲν τοῖς
ροῦν ὑπὸ τῷ πίνων, τῷ

*Itaque laboribus jans
roboratus, dum hunc agel-*

πὺν τ' ἀγρόν Φιλοπό-
 νως ἐπερξαζόμενος ,
 εἰδὲν ὁρῶν τ' ἐν ἄσφκα-
 πῶν , ἱκανὰ καὶ διαρκῆ
 ἔχω τὰ ἀλφίτα πᾶσι
 τ' δικέλλης ὥστε παλιν-
 δρομεῖ ἀπὸ τοῦ Ἑρμῆ ,
 τ' Πλῦτον ἀπαγαγὼν
 τοῦ Διὸς . ἰμοὶ ὅ τ' ἔγωγε
 ἱκανὸν ἔχω πάντας ἀν-
 θρώπους ἡβηδὸν οἰμώ-
 ζειν ποιῆσαι .

lum gnauiter , exerceo ,
 neque quicquam eorum
 malorum quæ sunt in ci-
 uitate aspicio , abunde
 magnum & sufficientem
 victum ligo mihi suppe-
 ditat . Quare tu Mercuri,
 quam venisti viam reme-
 tiens recurre , Plutum
 hunc ad Iovem deducens .
 Illud mihi sat fuerit si
 effecerit ut omnes morta-
 les per omnem ætatem esu-
 lent .

Timon sua sorte contentus , nec plura desiderans
 Mercurium & Plutum ad Iovem , à quo missi erant,
 redire iubet . Ita viri sapientes opulentiam , ut gravem
 noxiamque à se procul ablegant . Divitia , inquit Se-
 neca , apud sapientem virum in seruitute sunt , apud stul-
 tum in imperio : sapiens diuitiis nihil permittit , nobis di-
 vitia omnia . ἰρῶμεν) Ἀρῶ το ῖόνους , roboro . Ut
 otium & desidia plurimum corrupti humoris gignere
 solet in corpore humano : sic moderata exercitia eos
 consumunt atque exsulant . Hinc σύμμετροι πόνοι suo
 præscribit Demonico Isocrates . ἰκανὰ τὰ ἀλφίτα) Sic
 supra dixit , ἱκανὸς ἰμοὶ πᾶσι τ' ἀλφίτα : satis opum
 mihi ligo est . Notandum τὰ ἀλφίτα propriè farinas de-
 notare : per synecdochen pro victu reque familiari
 accipi . hinc εἰδὲν ὁρῶν τὰ ἀλφίτα , proverbio dicitur ,
 cum de arte vel re aliqua sermo est , quæ ad victum
 paran-

parandum nihil conducit. Aristoph. in Nebul. ἰκν-
δὲν ἰμῶζεν) Interpres exponit, *per omnem aetatem plo-*
rare : alii, *per omnem pubem* ; quasi κνδ' ἰκνῶζεν. Equi-
dem eo loquendi genere, quo & alibi utitur Lucianus,
designari putem fletus acrimoniam seu vehementiam,
ut ἰκνδὲν sit *puerum more*, quorum fletus acrior &
intensior esse solet, cum cæduntur, quam virorum
aut senum.

Er. μηδαμῶς ὦ γα-
λά. ἔ γάρ πῦντες εἰσιν
Ἰππιδεῖσι πρὸς οἰω-
γλώ. ἀλλ' εἰ τὰ ὀργίλα
ταῦτα, καὶ μεираκιδῆ, καὶ
τὸ πλεῖον ὠδύλαβε.
ἔπει δὲ πῶς εἰσι δῶ-
ρα τὰ ὠδύλ' ἔ Διός.

Merc. Nequaquam ὁ
bone, neque enim omnes
ad ejulandum sunt accom-
modi. Quin iracunda ista
pueriliaque misse face, ac
Plutum excipe : non sunt
rejicienda munera quæ à
Iove proficiscuntur.

Subest his verbis ironiæ species. *μεираκιδῆ* vo-
cant Rhetores. Cum enim plorare omnes jubeat Ti-
mon, facetè respondet Mercurius, non omnes ad
hoc esse idoneos, hoc est, non omnes æquo animo
laturos verbera, vel Deorum τὰ ἀπαῖς subindicat. *εἰ*
τὰ ὀργίλα) Monet hominem, ut iracundiam suam co-
hibeat. *ὀργίλος* dicitur qui faciliè irascitur, & quibus
non decet & propter quæ non decet : & magis quam
debet : cessat autem celeriter, de quo Aristoteles 4.
ethico L. *μεираκιδῆ*) sic appellat juveniles impetus.
rectè Seneca : *Juvenile vitium est, regere non posse impe-*
tum. Sunt enim juvenum affectus vehementiores,

magisque impetu feruntur, quàm ratione, *μεγαλῶς*
 illud & *σουλῶδες* in Cyro adhuc adolescentulo no-
 rat Xenophon auctor gravissimus. lib. 1. *καὶ Κύρου παρ-
 ού.* Sic enim malo cum nonnullis codicibus, quā *ἐξ
 Κύρου παιδῶν*, cum non tam institutio Cyri, quam res
 ab eo præclare gestæ ijs libris describantur. *ἔτι δὲ
 ἑλῶ*) Ex Homero desumpta sunt, ubi Paris Hectori
 formæ decus exprobranti respondet his verbis:

“Οὗτοι δῶδ’ ἔλατ’ ἐν ἱερῷ ἱερὸν δῶρον,

“Ὅσα κεν αὐτῷ δῶσι· ἰὼν δ’ εἴη ἐν νοῖσιν.”

i.e. Non abijcienda sunt Deorum valdè illustria dona,
Quæcumq; ipsi dant: volens autem non aliquis acciperet.

*ΠΛῸ. βέλῃ, ὧ τί-
 μων, δικαιολογησάμην
 πρὸς σέ: ἢ καλεπαίνεις
 μοι λέγοντι; Τί. λέγῃ.
 μὴ μακρὰν ἰδρύσῃ, μὴ-
 δὲ μὲν ποιοίμην, ὥσ-
 περ οἱ ὀπίσθενται ῥήτ-
 ρες. ἀνέχομαι γὰρ σε
 ὀλίγα λέγοντα. Δὲ τ
 Εἰμὴ τῆτι.*

Plut. *Vin Timon, ut
 contra te partes defendam
 meas? an graviter feres,
 siquid dixerō? Tim. Di-
 cito, sed nec multis, nec
 cum proximis, quemad-
 modum perditissimi isti
 oratores solent. Nam ku-
 jus Mercurij gratia te fe-
 ram pauca dicentem.*

Plutus indignè habitus apud Timonem partes suas
 defendere conatur, & ostendere, quantum opulencia
 paupertati præstet. *καλεπαίνεις*) enallage præsentis pro
 futuro. *μακρὰν λέγειν*) uno verbo *μακρολογῶν*. Caus-
 fidicos sui temporis, & Rhetores traducit, quorum
 garrulitatem & improbitatem quavis oblata occasione
 perstrin-

perstringit auctor. Solebant enim demagogici illi oratores, cum ad dicendum se accingerent, proceris uti prolixis & fastidiosis, quod hic notat Lucianus. *ἰσχυροὶ* perpetuum ferè epitheton Rhetorum, quasi *ἀξιοὶ ἰσχυροῦναι*, digni qui conseruantur, & malè pereant. De his ita ipse rhetor Demosthenes: *ὅν* (scil. *ῥητόρων*) *οἱ μὲν δὲ πτωχῶν πλείστοι γαγιάσι· οἱ δὲ ἐξ ἀδύλων ἄνθρωποι δὲ τὰς ἰδίαις οἰκίαις τὴ δημοσίαν ἐμπρομάτω σπουδέρως οἱ δὲ κατεπιδουμένοι.* ὅση δὲ τὰ τὴ πόλιν ἐλάττω γένηται, τοσούτῃ τὰ τῷ τῷ ὄντι, id est, Quorum nonnulli ex mendicis divites, alii ex obscuris & ignobilibus evaserunt preclari. Sunt & qui sibi ades publicis quibuscumque angustioribus extruxerunt. Quanto autem Respublica facta est deterior, tanto horum bona facta sunt auctiora.

Πλῦ. ἐχρῶ μάλιστα
 ἵσως ἔμμεναι εἰπεῖν,
 ἔγωγε πολλά ὑπὸ σὺ
 καταγορηθῆναι. ὅμως ἡ
 ὄρεα ἢ π. σ., ὡς φησὶ,
 ἡδίκηκα. ὅς τ' ἔμμεναι ἡδίσ-
 των ἀπέναντον ἀπὸς σὺ
 κατίστω, π. μ., καὶ
 περὶ δόξας, καὶ σ. φά-
 νων, καὶ τ' ἄλλης τε-
 φῆς, περὶ ἑλπίου ἡ τῆς
 καὶ αἰσίου ὁλὶ ἐμὲ ἡ-
 δία, καὶ περὶ ἀνέδρας.

Plut. Atqui mihi multis potius erat dicendum, multis nominibus abs te accusato. Vide tamen, nam qua in re te, quemadmodum ais, lase- rim, ego qui dulcissima- rum quarumque rerum tibi author fui, honoris, presidentia, coronarum, aliarumque deliciarum. Mea etiam opera celebris, conspicuus atque observan- dus erat.

Plutus in sequentibus docet, quot quantumque bonorum Timoni extiterit auctor, eodem plane modo, quo apud Aristoph. Dei illius patrociniū suscipit Chremylus. καὶ περὶ τούτου) Sciendum apud Athenienses decem fuisse περὶ τούτου, & quinquaginta πρυτανεὶς, ex quibus sortitò eligebantur εἰ δέ τινες. Decemviri more Romano vocare liceat, quorum tanta fuit dignitas, ut cæteris præfiderent Magistraribus præscribendo, poterantque in senatu, concione & theatro sedem capere, quamcunque esset libitum, aliis etiam excussis, si quis prior occupasset. de quo confesso, & jure περὶ τούτου legendus est Demosthenes in orat. contra Timocrat. & Aristoteles in Atheniens. politia. καὶ περὶ τούτου) Præmium virtutis erat corona, non de foliis tantum, unde τριφύλλου ἀγώνος dicti, sed ex auro etiam. Sic aurea corona decreta fuit Demostheni, cum propter alia ejus merita, tum quod urbis mænia de suo refecisset. qua de orationem scripsit elegantissimam περὶ τριφύλλου. De his item Æschines in orat. de perperam obitâ legatione: καὶ τὰς περὶ τούτου inquit, καὶ τὰς τριφύλλους, καὶ τὰς ἐν πρυτανείᾳ στήθεσι δίδωσι. Tribus enim hisce præmiorum generibus condecorare ac remunerari solebant bene præclareque de patriâ meritos Atheniensium Proceres.

Εἰ δὲ π χαλεπὸν ἔβλε-
τῶν κολάκων πέποιθας,
ἀναίτιος ἐγὼ σοι. μάλ-
λον ᾗ αὐτὸς ἠδίκημαι
τῆς ἐκ τῶν σέ, διότι με
ἔτις ἀτίμως ἐπέ-

Verum siquid ab adu-
latoribus molesti tibi acci-
dit, ego non sum in culpa.
Quin potius à te sum ipse
affectus contumelia, prop-
terea, quod ita ignominiose

καλλες ἀνδράσι κατὰ
 εἰπέις, ἱπαινῶσι, καὶ
 καταροητέως, καὶ πάν-
 τα τρόπον Πιπυλάει-
 σί μοι.

execrandis illis viris me
 objecisti, qui te laudabant,
 & prestigiis demētabant,
 mihiq̄ue modis omnibus
 insidias struebant.

Ἀπαίτησις criminum objectorum. Ostendit Plutus
 non sibi imputandum esse, quod absumptis opibus ad
 egestatem redactus sit Timon, sed suæ potius simpli-
 citati & intemperantiæ. Atque ita crimen sibi impa-
 ctum κατὰ βίαιον retorquet in ipsum actorem. ἀνείη.)
 Cicero, quod & H. Stephanus testatur, ut vocis hujus
 vim exprimat, non contentus est dixisse, *extra culpam*
 sed & addit causam: *extra culpam causamque positae*,
 nomine Græco utriusque horum significationem com-
 plectente. Hinc Casaubonus ad Arhenzum putat La-
 tinos non habere vocem satis aptam, qua exprimeant
 Græcum ἀνείη. Pro eo quod hic ait, ἀτίμως ἀνείη-
 λιαῖ, supra dixit, ἀτίμως λαφύραταῖ. Sic & apud Ari-
 stoph. in Pluto idem queritur Numen. *Simulatque*
inquit, prodigi domum ingressus sum, continuo foras protere-
dor, πόρνοι καὶ πόρνοι παρὰ δολοίη, i. e. meretrici-
buses & aleis objectus. καταροητέως) Nullum quippe fa-
 scinum efficacius est ad dementandos præcipue divi-
 rum animos, quam immodica laudatio, qua Suffeni isti
 plus æquo gaudent & capiuntur incauti. hinc *questum*
illum uberrimum non immeritò dixit Terentianus Gna-
 tho. *Quicquid laudant, laudo, inquit, & ingenia eorum*
admiror simul. Istorum hominum verba *melleos laqueos*
 appellare solebat Diogenes, quod suaviter amplecten-
 tes hominem jugulent. *πάντα τρόπον* fere singulariter
 effec-

efficitur, pro παντὶ ἔργῳ. Subauditur προφίτιο κατά.

Καὶ τί γὰρ πλῶταϊον
ἔφηθα, ὡς προδίδω-
κά σε. πυνθανίην ἢ αὐ-
τὸς ἐγκαλίσσαιμί σοι,
πάντα τρόπον ἀπειλα-
θεὶς ὑπὸ σέ, καὶ Πι-
κεφαλῶν ἐξωθεὶς τ' οἰ-
κίας. πηγαροῦν ἀντὶ
μαλακῆς χλαμύδος,
ταύτῃ πλὴν διφθέραν
ἢ πριωπαίτη σοι πηνία
περιπέθεικεν. ὥστε μάρ-
τυς ὁ Εὐμήης ἔπαισι, πῶς
ἐκέλευον τὸ Δία μὴθ'
ἤκειν ὡδὲ σέ, ἕτω δυσμῶς μοι προσσηνεγ-
μῶρον.

Porro quod extremo loco
dixisti, te à me proditum,
istud criminis in te pos-
sum retorquere, cum ipse
sim modis omnibus à te
rejeetus, præceptisque exa-
ctus ex adibus: unde pro
molli chlamyde sagum hoc
charissima tibi paupertas
circumposuit. Itaque te-
stis est mihi hic Mercu-
rius, quanto opere Iovem
oraverim ne ad te veni-
rem, qui te tam hostili-
ter erga me gessisses.

Proditionis crimen à se removet Plutus, seque à
Timone desertum ejectumque ait, non contra. Qui
enim sine modo opes suas in quosvis effundit, non
tam deferri a Pluto, quam deferere ipsum jure merito
dicendus est. ἔφηθα) Æolica paragoge pro ἔφης.
Sic supra ἔειπα pro ἔειπας. προδίδωκά σε) Cum de προ-
δοίᾳ crimine Pluri-que perfidia queritur Timon, re-
spicit ea quæ supra dixerat, se nimirum a Pluto fuisse
derelictum ἀπίστῳ καὶ προδοτικῷ. Addit ἐπὶ κεφαλῶν,
ut

ut rei indignitatem augeat, cum se ex ædibus præci-
 tatum queritur *prono capite*. Sic supra, quasi *fuscini* ex
 ædibus se extrusum lamentatur idem Plutus. *χλαμῖς*
χλαμῖς) opponit *διφίεον*. Est autem chlamys, ut
 nonnulli putant, quam Homerus *χλαῖνα* vocat, *μα-
 δῖλο* Artemidorus, itemque *μάλιον*: unde *man-
 tum* Plauto, quæ habitus species est teste Casaubono,
 à quo German. *mantel*. *περιβλυγῆς*) præter. Atti-
 cum ab anormi *περοφίεον*, *affectus sum*. Dicit ho-
 stili in se fuisse animo Timonem. Nam licet prodigi
 amare videantur Plutum, liberaliter eum cuius offe-
 rendo, reipsa tamen magis odisse illum censendi sunt,
 quorum facultates non absimiles esse dicebat Crates
 ficis arboribus in præruptis locis, è quibus ut homi-
 nes nihil caperent fructus, sed corvi tantum & milvi:
 ita ex illorum opibus tantum alerentur scorta & adu-
 latores.

Ερ. ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς,
 ὦ πλῦτι, οἷόν ῥ' ἤδη γα-
 γῆν; ὥς τ' ἐπαρῶν ξυ-
 διάτρεϊς αὐτῷ. Ἐ σὺ
 μὲν σκαπτε, ὡς ἔχεις. σὺ
 δ' ἤδη θησαυρὸν ὑπ' αἶγα γα-
 τῇ δὲ κέλλῃ ὑπ' ἀκρόσῃ
 γὰρ ἐμφοήσωτί σοι. Τί.
 πείσῃς ὦ Ερμῆ, ἔαυ-
 θις πλῆτη πον. τί γὰρ
 αἶν καὶ παῖσι τις, ὁπότε

Merc. At nunc vi-
 des, ὦ Plute, in cujusmo-
 di hominem sis commu-
 tatus? Proinde audacter
 cum illo consuetudinem
 habe. Tu verò fode ita ut
 facis: tu interim thesau-
 rum sub ligonem addu-
 cito: audiet enim si tu ac-
 cersiveris. Tim. Paren-
 dum est Mercuri, rur-
 susque ditescendum. Quid

οἱ θεοὶ βιάζονται πλὴν
 ὅρα γὰρ εἰς οἷά με πρᾶ-
 γματα ἑμβαλεῖς τὰ κα-
 κῶδαιμόνα, ὃς ἄχρη-
 στῶ δ' δαιμονέστατα δι-
 ἄγων, χρυσὸν ἄφνω
 πρᾶπν ληψομαι εἰδὲν
 ἀδικήσας, καὶ τοσού-
 τας φροντίδας ἀναδέχομαι.

enim facias, cum Quī ipse
 compellant? Tamen vide
 in qua negotia me mise-
 rum conijcies? qui cum
 hactenus felicissimè vixe-
 rim, nihil malis commeri-
 tus tantum auri repentè
 accipiam, tantumque cu-
 rarum suscipiam.

Approbat sermonem Pluti Mercurius, dignasque
 eum sua profusione poenas luere fatetur. ἱρᾶς. Com-
 miserationem movet à misero ejus habitu. Videre
 pro intelligere accipit: nam cæcus erat Plutus. Alio-
 quin, ut Herodianus inquit: τὰ μὲν δὸνὰ ὑπ' ὅψιν πι-
 σόντες οἶκτον ἐκτελέσκει μείζονα, id est, multo magis
 misericordiam provocant quæ oculis usurpatibus. ἐκωδιᾶται)
 supra dixit, ἐκωδιᾶται καὶ συνίσταται τῷ Τίμωνι. Apud eum
 commorari vel cum eo conversari dicitur Plutus,
 quem muneribus suis aliquamdiu locupletat. οὐ μὲν
 αἰσάπτει) Timoni hæc dicuntur, quem fodere jubet.
 αἷς ἔχεις, ita ut facis, ἀντὶ τῶ χήματι. Elegans usus verbi
 ἔχεις, cum αἷς vel ὁπῶς. vide Thesaur. H. Stephani.
 τί γὰρ εἰς πάθος;) pro eo quod Latini dicunt. Quid
 enim facias? Sic Galen. τί οὖν πρὸς πάθος πρὸς ἀνθρώπους
 μέγα ἔργον, μέγα λόγον περὶ δύναντα δυνάμεις. Vbi τὸ πάθος
 pro agere accipitur. Terent. in Heautont. Quid cum
 illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt.
 Item Cicero pro Cæciliā: Quid huic tu homini facias?
 αἷς οἷα πρᾶγματα) Timon experientia jam edoctus pau-
 perta-

pertatam ut secusiorum divitiis praefert. Ubi enim opes ingruunt, ibi variarum quoque curarum agmina continuo subeunt. Iuvenalis Sat. 14.

Tantis parva malis cura majore metuque

Servantur: misera est magni custodia consensus.

Norat hoc Aristides cognomento Iustus, cui quum dives quidam suam objiceret paupertatem, respondit: *mibi quidem nihil adferet mali paupertas: tibi vero divitiarum non paucas perturbationes.* Hinc & basiorum scriptor in sua Regia Curas velut individuas Pecuniarum comites facit, cujus & hi sunt versus ipso nectare suaviores.

At circum aurataeque trabes, aurataque tellus

Aureaque infomnes circum laquearia Cura

Stridentes agitant pennas examine longo,

Qualiter, ut fama est, Stygia per inania ripa

Palantes volitant anima, quas aspera fata

Indeplorato sparsis in funere membris

Sedibus excludere suis & honore sepulcri.

Περίματα pro molestiis. Sic negotium facessere Latini dicunt pro molestiam exhibere. Desumptum à negotiatoribus qui multis & gravibus implicati negotiis & curis, perpetuo distrahuntur.

Εγ. Τ' ὡς ἴθι, ὦ Τίμων, δι' ἐμὲ, ἔ' εἰ χαλεπὸν τῷ τῷ, ἔ' οὐκ οἶσιν ἐστίν, ὅπως οἱ χόλακες ἐκείνοι Δαρδανῶν ὑπὸ τῷ Φθονί. ἐγὼ δ' ὑπὲρ τὸν Αἴτ' ἔλθω ἐς τὸν ἔργον ἀναπλήσομαι.

Merc. *Sustine Timon mea gratia, tametsi grave est istud, & intolerandum, quò videlicet palpones illi invidia rumpantur. Ego autem superata Aetna in caelum revolabo.*

Pet-

Persuadet tandem Mercurius Timoni recipere Plu-
 tum, vel eo nomine saltem, ut ingrati isti homines &
 palpones præ invidia rumpantur, ubi viderint ipsum
 denuo ditescentem. Nihil enim acerbius accidere
 potest ejusmodi fucis, quàm opibus florentem con-
 spicere eum, quem sub amicitia specie deceperunt,
 nudumque & egenum non modò juerunt, cùm pos-
 sent & deberent, sed turpiter & maliciosè deseruerunt.
 ὑπέστη) *sustine.* τὸ ὑπέστηται pro ὑπομένει in usu esse
 apud Λογχεύς etiam tradit Thomas Magister hunc
 Luciani locum adducens. ἀλλήλων) *rumpantur in-*
vidia vel præ invidia, hoc est, dolore vel invidia crepent
 medii. Sic Veteres loquebantur de his, quibus malè
 precabantur, quosque rabie & furore agi volebant:
 Virgil. ecloga 7. *Pastores hedera crescentem ornate poetam*
Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro. Quod ut ho-
 stibus imprecamur virtuti aut fortunæ nostræ inviden-
 tibus ὁ μισόφρων, ita justo Dei judicio verè obtigit
 Judæ proditori, de quo legitur, ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ,
 Act. 1. vers. 18. ὑπὲρ τοῦ Αἵματος) Poëtico more hoc
 inferitur ad complementum historię & ornatum. Sic
 apud Maronem 4. *Æneid.* per montem Atlantis ad
 Æneam descendisse fingitur Mercurius à Iove missus.
 ἀναγίσσεται) id est, *revolabo,* vel potius *in cælum sub-*
volabo. Fingitur autem Metcurius humeris pedibus-
 que alatus, quod veloces esse nuncios oportet: sive
 etiam quod verba πτερόεσσα ab Homero, id est alata &
 velocia dicantur. Nihil enim aliud Mercurii nomine
 intelligitur à veteribus, quàm λόγος ὁρραμεύς sive
 loquela Unde & λόγος vocarunt, eique linguam con-
 secrarunt antiquissimi Sapientes.

ΠΛΩ. Ο' μὲν ἀπὲς
 λήλυθεν ὡς δοκεῖ. τεκ-
 μαίρομαι γάρ τῃ εἰρε-
 σία τ' ἡρώων. οὐ γὰρ αὐτῶν
 Ἰπὶ μὲν. ἀναπέμψω
 γάρ σοι τ' ἡσυχαστὸν ἀ-
 πελθών, μάλλον δὲ
 παῖς. σὲ φημι ἡσυχαστὴ
 χρυσῶ, ὑπάρχοντί τι-
 μωνι τῷδε, ἔπειτα
 χεισταυτὸν ἀνελέσθαι.
 σκάπτει, ὦ Τίμων, βα-
 ρείας κατὰφέρων· ἐγὼ
 δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι.
 τί, ἄγε δὴ, ὦ δίκελλας,
 νῦν μοι Ἰπὶ ῥῶσον σε-
 αυτῶν. ἢ μὴ κάμης ἐκ τ' βάθους τ' ἡσυχαστὸν ἐς
 πύμφαντες προκαλεσθῆναι.

Plut. *Abiit quidem
 ille, sicut apparet, Nam
 ex remigio alarum consi-
 cio. Tu vero hic opexire,
 siquidem digressus The-
 saurum ad te transmit-
 tam. Sed feri potius. Te
 compello auri Thesauri,
 Timonem hunc exaudi:
 Et te offerendum. Fodi
 Timon altius impingens.
 Caterum à vobis ego disce-
 do. Tim. Age vero, ὁ
 ligo, te validum mihi præ-
 sta, nec defatigare quoad
 Thesaurum ex abdito in
 apertum evocaris.*

Mercurio in cœlum sublato, Thesaurus mandato
 Pluti ex intimo terræ gremio conspiciendum tandem
 offert Timoni. τῇ εἰρεσίᾳ) pro οὐκ εἰρεσίᾳ. Deductum
 hoc nomen ab ἱριῶν remigo, addito in fronte jota, ut
 docet Eustath. Tralatè dixit εἰρεσίᾳ τῶν ἡρώων, ut Vir-
 gilius, *remigium alarum*. Avibus enim alæ pro remis
 sunt. αὐτῶ) genit. adverb. positus, pro πρὸ ἐδῆ, hic, παῖς γὰρ
 φημι. Timonem jubet Plutus lignonem profundius in-

terrām defigere, quod est τὴν δίκην βαλὼν καὶ ἐφίρειν, ut in sequentibus ait. εἰ φημι) Notandum Deos omnia nutu & verbo potenter efficere. τὸ φάναρ (ut & apud Hebræos נִרְאָה, vel נִרְאָה) in iubendi significatione accipitur, quod Atticorum peculiare esse contendunt veteres Grammatici. Sic Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 14. Καὶ ἂν αἱ περὶ τὰς ἀνθρώπων εἰρήναι, ὅτι τὸν αὐτὸν εἶναι τοῖς φησὶν ἀνθρώποις, αὐτὰς εἶναι ἅπας βαλόντων, βαλόντων. id est, Tanquam ex Dei præscripto, ubi stirpes florere ille iusserit, florent: ubi germinare iusserit, germinant. Vide etiam S. Scripturæ loca Marc. cap. 5. vers. 41. Luc. 7. & alibi, ubi Servator verbis λέγει & ἐπιτίθει eodem, quo dictum est, sensum ut patet. αὐτῶν.) Docet item hoc loco Plutus, Deum non nisi laborantibus sua dona conferre. hinc verè Sophocles: πόντος τοι χρὴς ἐδ' ἐν τούτῳ. Et aptissimè in hunc locum Manilius:

*Pro pretio labor est, nec sunt immunia tanta,
At nisi persossis fugiet te montibus aurum,
Impendendus homo est, Deus esse ut possit in illo.*

Nam, ubi socordia atque ignavia te tradideris, (verba sunt Sallustii) nequicquam Deos implores: irati infestique sunt. ἀνὴρ (Cogn.) - pro τὸν χρὴς (Cogn.) accipitur, de quo Thomas Magister, cui suas de hoc verbo expositiones debet Budæus. ἄνθρωπος) Notanda hic festiva Timonis ad ligonē suum apostrophe, & prosopopœia, cum inquit, ἔρχου μοι σταντῶν, quod Budæus vertit: confirma te, Eras- mus paulo significantius: vires tuas explica. nam roboris intentionē superaddit præpositio. ἐργαζομένη Interp. dum evocaris, malim cum Stephano, dum evocas. Sunt enim verba Timonis ad suam δίκην, hoc est, ad suum ligonem.

ὦ Ζεῦ πάρις, ἔ
 φίλοι Κορύβαντες; ἔ
 Ερμῇ κερδῶς, πᾶθεν
 χρυσίον παῖτιν; ἦ τῷ
 ὄναρ ταῦτά ἐστι; δέδωκε
 γὰρ μὴ ἀνθρώποις. εὐ-
 ρω ἀνιχρόμεθα. ἀλλ-
 λὰ μὲν χρυσίον ἐστὶν
 ἴπσιμον, καὶ ἔρυσθον,
 βαρὺ, ἔ τ' ἀποσοφίῃ
 ὑπερῆδισον.

Hem prodigiorum au-
 thor Iupiter, amici Cory-
 bantes, ac lucrifer Mercu-
 ri. unde nam auri tantum?
 Num somnium hoc est?
 Metuo ne carbones reper-
 turus sum experrectus. At-
 qui aurum profectò est in-
 signe, fustum, grave, &
 aspectu longè jucundissi-
 mum.

Exclamatione utitur admirationis plenâ Timon, ubi
 Thesaurum ex tetræ sinu prodeuntem conspexit attoni-
 tus. (ὦ Ζεῦ πάρις) Iupiter πάρις appellatur, quod
 non solum prodigia cœli ostendit, sed etiam avertit.
 Plautus vocem Græcam exprimens Iovem prodigiale
 nuncupat. ὄναρ peculiariter signum est, ἀνίχισον ἢ
 ἀνιχρόμεθα, quo Deus nobis aliquid portendit.
 alio nomine ἴπσιμος dicitur. φίλοι Κορύβαντες) Invo-
 cat Corybantes quod nutritii fuerint Iovis, & sacer-
 dotes Cybeles, seu magnæ matris, hoc est, Terræ, è
 cujus gremio prodibat Thesaurus. Alii eos decem, alii
 novem fuisse tradunt, ut testatur Aristoph. Scholiast.
 in Lysistr. unde ἀποσοφίῃ, de quo supra diximus.
 Εὐρὼς ἀνιχρόμεθα hic quoque loci aptè producit. Nam
 quicquid huius præter expectationem obvenit, id Mer-
 curio transcribitur. Unde ὑπέρως apud Xenoph. in 7.
 ἀνὰ, idem ferè est, quod ἔκωπος, id est, lucrum inspe-

ratum sive adventicium, quasi à Mercurio oblatum: Vide quæ supra notavimus. *ἄρα ὄναρ*) Timon rei insolentiæ veluti percussus, vix credit aurum esse quod videbat, sed *ὄναρ*, non *ὄναρ*, ut loquitur Homerus. Nam *ὄναρ* vanum est somnium & visum, *παρὰ τὸν ἔσσηται ἄρα*, ut docet Eustathius: at *ὄναρ*, vera visio, quæ nimirum eventu comprobatur, quali *ὄναρ ἄρα*, ut idem tradit Episcopus. *μὴ ἄνθρακες οὐρα*) Carbo-
νίς seu prunas intelligit, quæ similitudinem quan-
dam habent cum auro, si colorem spectes externum & fulgorem. *ἀνιγρόμεθα*) per syncopen, pro *ἀνιγρόμεθα*, quod Atticum esse volunt. Sic *ὄφθαλμος*, *ἄρα*, pro *ὄφθαλμος*, *ἀνιγρόμεθα* apud eosdem: Metuit Timon, ne discusso somno pro auro carbones sit ablaturus, quemadmodum acciderat Micyllo cerdoni, qui cum divitem se ac præpotentem somniaret, mox expectectus nihil præter *κοττίδια* invenit & corii segmenta. Proverbii speciem habere videtur. *Pro auro carbones*. *χρυσὸς ἴσθι*, &c.) Tandem ex fulgore, pondere & colore colligit Timon genuinum esse aurum, idque obrizum, quod ignis excoctione opus non haberet: quanquam Plinius neget, aurum inveniri tam purum, contra hodiernam experientiam, quæ testatur plus auri puri semper repertum esse, quàm confectum è terrarum aut lapidum generibus, cum quibus solet esse permixtum. Munster. lib. 1. Cosmograph. suæ cap. 8. *ἰωίδης*) exponi potest, vel *signatum*, cui opp. *ἄσητον*, quod *calatum* vel *certa nota percussum non est*; vel aurum *præstans & insigne* *μετὰ φερόν*: quemadmodum hoc loco accipitur. Præstantiam metalli indicare vult Timon, non *ὄναρ* sive signaturam. *ὡς ἔστιν*) *fulvum* interpretantur, qui color est ruffo & viridi permixtus, vel obscurior ruffo, ut in leone & auro visitur, *πυρροῦ* alio nomine vo-

ne vocant Græci. *βαρύ*) Pondere etiam præstat aurum cæteris metallis. Constat enim, ut Physici docent, partibus bene calore compactis. & densis. Quia & hoc singulare habet aurum, quod ab acribus, ut nitro, sale, aceto & aliis, non corrodatur, aut diminuatur pondus, nec ærugine & sordibus virietur. Unde pretiosissimum semper habitum. *ἡ ἀρετὴ τοῦ πλούτου ἔστιν*) Jucundissimus item auri splendor, & solari haud dissimilis. Unde aurum Chymici consecrarunt Soli, argentum Lunæ, cujus nitorem refert.

Ὁ χρυσὲ, δεξιῶμα
καλλίστον βροτῆς, αἰ-
θέρδιον γὰρ πῦρ ἄπὸ
ἀλαπίων ἐνύκλιον,
καὶ μετ' ἡμέραν. ἐλθὲ
ὦ Φίλτατε, καὶ ἐρασ-
μώτατε. νυνὶ πείθομαι
καὶ Δία ποτὲ γνέσθαι
χρυσόν. τίς γὰρ σὺν ἂν
παρὲν αἰναιπεύει.
μένοντι τοῖς κόλποις ὑ-
πιδέξαντο ἔτι καλὸν ἐ-
ραστὴν. ἀλλ' ἔτι πύγας κατὰρρέοντα.

Pulcherrima aurum
faustitas mortalibus.
quippe quod ignis in mo-
rem ardens, noctes diesque
renides. Adeo ὁ mibi cha-
rissimum, & desideratissi-
mum: nunc demum credo
vel Iovem ipsum aurum
esse factum. Etenim quæ
tandem virgo non expor-
recto sinu usque adeo for-
mosum amatorem excipiat,
per tegulas illapsam?

Sequitur hic auri encomium prælustre unâ cum ex-
clamatione & Apostrophe ad ipsum metallum. *ὦ χρυσεῖ*)
Alludit scriptor ad versus aliquot Græcos, qui leguntur
apud Athenæum lib. Dipnosoph 4.

ὦ Ζεῦ δειλὰ καὶ νῦν βροτῶν
 ὦ ἐπὶ μέγας ἰδὼν πῶς ἔχῃ,
 οὐ πῦρ ἐὶ δέμας, ἔφην, πῶς
 οἷός τ' ἐστί, καὶ σὶ δάμαρτι κατήρῃ.
 Βι δὲ Κύπρις πῶς ἐφθάλμῳ ἰσῇ,
 οὐ γὰρ ἴσως πῶς αὐτῇ ἔχῃ.

Auctor horum versuum non exprimitur, sed Euripidis sunt, quos Seneca sic recitat à se versos epistol. 116.

Pecunia ingens generis humani bonum,

Cui non voluptas matris, aut blanda potest

Par esse prolis: non sacer meritis parens.

Tam dulce siquid Veneris in vultu micat,

Merito illa amores coelitem atque hominum movet.

Sequentia, αἰδὲς ποῖός περ, &c. desumpta sunt ex Pindari Olymp. Od. 1. (αὐτὸς ποῖός περ) Auri fulgore perstrictus Timon, nunc verum esse credit, quod de Iove in aurum converso hactenus pro fabula habitum. Refert Pausanias in Corinth: Acrisium Argivorum regem consulto de liberis masculis, siquos filia sua pateret, oraculo, responsum tulisse se ab eo, qui è filia nasceretur, interfectum iri. Hoc igitur metuens extructo sub terra aereo thalamo, Danaen acerrima custodia septam tenuit. Veruntamen Iupiter in aurum conversus per impluvium in sinum Danaes influxisse, atque ita cum ea rem habuisse fingitur. Meminit fabellæ Pindarus in Pyth. Carm. 12. Horat. lib. 3. Od. 16. Ovidius lib. 1. amor. eleg. 7. Docet figmentum, nihil esse tam sanctum, (verba sunt Cicetonis) quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari: nihil tam providum, quod non deoipi à pecunia possit. (ἔστι γὰρ παρ' ἡμῶν,) Oratione utitur Timon eroticatica, quæ vim habet ἐρωτικῆς, q. d. nullam esse virginē adeò castam, cujus premium auro expugnari non possit, quod & de nuptis affirmat Tiresias apud

apud Horatium. Unde Iuvenalis: *Tarpejum limen adorta
Promus, & auratam Iunoni cade juvencam, Si tibi contigerit
capitis matrona pudici.* Nec est quod Penelopen suam tan-
tis laudibus extollat fabularum pater Homerus: si vera
sunt, quæ de castitate ejus narrat poëta, dicet pro Ti-
mone idem Tiresias:

*Venit enim magnam domandæ parca juventus,
Nec tantum Veneris, quantæ studioſa culinae.*

Sed figmentum esse vatis suæ genti passim adulantis,
non unus ex antiquis auctor memoriæ prodidit. Scri-
bit Pausanias in Arcad. Mantinenses vulgò dicere soli-
tos Penelopen ab Ulyſſe domo ejectam, & suas sibi
res habere jussam, quod viros à se quæſitos & accerſi-
tos domum intromiſſer. Tum etiã pudicitia suæ
testimonium præbeat monſtroſus ille & hircosus Pan,
quem ex Mercurio, vel ut alii tradunt, ex promiſcuo
omnium procorum congressu peperisse fertur, ideoque
illi nomen inditum Panos. ἀλπίος ἀπαγωγῆς) id
est, Hefychio interprete ἀπογαμίας. Ducta ita ratio ab
avibus, ut vult Eustathius, quæ alas expandunt ἐν τῇ
ἐκβολῇ. Non possum non in gratiam τῆ φιλομύζων, cum
propter carminis elegantiam, tum argumenti similitu-
dinem hic adducere Pauli Silentiarrii epigramma, quod
reperitur in Antholog. Græca lib. 7.

Χρύσιον ἀψάυσις δίτρυλλον ἄμμα κορίας .
Ζεὺς Διὸς Δαϊάας χαλκιδάϊας παλάμης.
Φαμί λίγην τῇ μύθῳ ἐγὼ τάδε. χάλκεια νεκρῇ
Δάπτει καὶ δισμήν χερσὶς ἐκ παίδων ἀνέτης.
Χερσὶς ὅλως ροτῶρας, ὅλως πληῖδας ἐλέγχα
Χερσὶς ἐπιγνάμψιδ τὰς σβασθελιφάμης.
Καὶ Δαϊάας ἐλέγχαζον ὅδε φρίκα, μή τις ἐγχεῖο
Διοσίδη Παφίαν δὲ γύειον παρίζαν.

Id Latinis versibus sic reddidit vir illustris Ios. Scaliger.

*Aureus intacti temeravit vincla pudoris
Iupiter, ut Danaos ferrea testa subit.
Fabula sic loquitur me iudice. Ferrea septa
Omnipotens aurum, duraque vincla domat.
Hoc hoc nemp̄e seras, hoc aenea claustra resignas,
Hoc frangit fastus, dura puella, tuos.
Hoc rigidam Danaen lentavit. siquis amator
Fert pretium, tibi ne supplicet alma Venus.*

ὦ Μίδα, Ἐκροῖος,
καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀνα-
θήματα, ὡς εἶδεν ἄρα
ἦν ὡς πρὸς Τίμωνα,
ἔ τὸν Τίμωνος πλεῖ-
στον. ὃ γὰρ εἰδὲ βασι-
λεὺς ὁ Περσῶν ἴσθι.
ὃ δῖκελλα, καὶ Φιλ-
τάτῃ διφθέρῃ, ὑμᾶς.
μὲν τῷ Πανὶ τέτρω ἀναθεῖναι καλόν.

O Mida & Cræse,
muneraque in templo Del-
phico dicata, ut nihil era-
tis si cum Timone, Ti-
monisque opibus compare-
mini, cui ne Persarum
quidem rex par est. O li-
go, & rheno charissime,
vos huic Pani suspendi

bonum est.

Miratur auri copiam Timon, & Midæ, Cræsi, Per-
sarumque opes cum ea ne comparandas quidem esse
ait. Quod ad Midam attinet, Phrygiæ tyrannus fuit,
cui Plinius principem attribuit locum inter insigniter
divites. Hunc & inter præcipuos Pecuniæ satellites
ponit Secundus noster, cum sic potiò canit:

*Stat juxta fulgens auro Bercynthius heros
 Auriculis asini nondum insignitus acutis :
 Qualis erat , manibus cum se tentaverat ipsas
 Aurificis , donumque Dei damnavisset iniquum,
 Inclusus , nimium proprio , jam totus in auro.*

Meminit ejus quoque Cario apud Aristophanem in Pluto, ubi choro senum illudens servus, non divites solum ipsos, sed Midas fore prædicit, hoc est, Midæ opulentiores, *hæc*, inquit, *ἡμῶν ἀνθρώπων* : Si modo asininas induatis aures. Nam fabulantur poetæ Midam prætulisse Pana canentem Phœbo, ob quod judicium tam stolidum Phœbus indignatus, capiti ejus asininas affixit aures. Croesi item *πολλὰ γέγραφα* proverbio locum fecit, de quo Erasmus. Utrumque conjunxit Papinius in Surrentino : *Vive Mida gazis & Lyde ditior auro*. Ad Persarum verò opes quod attinet, hoc intelligendum est, postquam rerum potiti Medorum regna sibi subegerunt. Cum enim Cyrus Assyriæ & Mediæ provincias in Persas transtulisset, totamque Asiam debellasset, argenti quingenta millia talentorum reportavit, præter craterem Semiramidis, cujus pondus erat quindecim talentorum. Unde & postea ipse Cyrus, quique eum secuti sunt reges, *μεγάλαι βασιλῆας* appellati. Nam ante hoc tempus eorum opes tenuiores fuisse, vitamque frugaliorem auctor est Xenoph. lib. 1. de Cyri instit. & Plutarch. in Laconicis. *ὅτι ἐν Δελφοῖς ἀντιφάσι*) Fuere Apollinis Delphici oracula non solum præstantissimorum artificum operibus celebratissima, sed & constructis ingentibus thesauris, in quos sacræ pecuniæ conferebantur, opulentissima. Illic omnium gentium confluxus fiebat, illic regum, principum & præpotentium dona mittebantur confertissima. Memoriam proditum est à Livio lib. 5. Decad. 1. cum ex Camilli

voto ad Apollinem munus esset mittendum, implendo autem voto Romæ non satis inveniretur auri, Romanas mulieres corporis ornamenta in hanc rem contulisse. Delphi vel Delphys urbs est in Bœotia, Pytho vel Python olim vocata, *ἡ Πυθία*, ut volunt Grammatici, quod ibi discerentur futura: vel ut alii, à *Pythone*: serpenti id nomen fuit, quem sagittis suis interfecit Apollo. Sic Dionysius: *Τῷ πάρι πυθῶντος ἡ δὲ οὐκ ἴδεν, ἡ δὲ δούρειο Δολφόντος περιέδιον ἡ δὲ περιέκλειε* *ἡ δὲ*. Hinc nonnulli (quisquis fuerit ille serpens Python) deductum malunt ab Hebræo *נחש*, qua voce aspis designatur venenatissima. Ps. 58. v. 5. Hinc Pythonissa mulier, spiritum Pythonis, id est, Dæmonis habens ejusque afflatu futura prædicens. Neque enim alius fuit Apollo, quam malus Genius sive Diabolus, qui non modo sub forma serpentis decepit protoplastas nostros Adamum & Evam, sed & τὸν Ἰησοῦν responsis suis flexiloquis, planèque ænigmaticis miserum in modum delusit. Unde non solum *ἡ δὲ* ab ipsis vocatus: sed *callidissimus* item *Serpens*, & *antiquus ille Draco* in sacris litteris appellatur: nec non ὁ *Ἀποκάλυψις*, ut nominis quoque etymoni indicet Spiritus Sanctus, quod est; si Latine interpreteris, *perditor ille*. Apocal. cap. 9. vers. 11. Vide, quæ in hanc rem consideratione digna notavit doctissimus Petrus Chejtomæus in libello suo non ita pridem edito de barbaris N. Testamenti vocabulis. *Ἀναθήματα* dicuntur donaria Diis votiva, quod de parietibus templorum, deque columnis & lacunaribus suspenderentur, ut posteris esset monumentum divini alicujus beneficii, *παρὰ τὸ ἀναθῆναι*, quod est, *suspendere ac dedicare*. Eustathius *ἡ δὲ ἡ δὲ* *κατάλειπε* exponit. *ὡς παρὰ τὴν*) Præpositio *παρὰ* hic comparationi inservit, præfigiturque non raro *ὡς*. Sic Plato:

Plato : ὅγε πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ χρόνου. Si cum ævo vel æternitate compares. ὃ δὲ πρὸς αὐτὸν) Sequitur nunc apostrophe faceta ad ligonem & rheonem suum, quos tantum auri cumulum nactus Timon Pani suspendere decorum judicat, desertisque agricultura molestiis jucundiorē deinceps vitæ rationem inire. τὸ πρῶτον hic servat, cū rusticum instrumentum & indumentum, non nisi rustico Numini consecrata velt. Simili ratione apud Theocritum piscator, ubi grandiorē aureum piscem ceperat, rebus Neptuno suspensis jurat, nunquam se amplius piscibus capiendis operam daturum, sed de aureo illo pisce in otio & luxu posthac suaviter victurum.

Ὡς εἰς ἐκείναις λαοῖς ἐπὶ πύλων πύλων θύειν.

Ἀλλὰ μὲν ἐπὶ γὰρ, ὃ τὸ χρόνον βασιλεύει.

τὸ Πανὶ) Panos nomine Natura ipsa, vel rerum universitas designatur, ut patet ex Orpheo. Est enim ἡ δὲ ὅλη, ἀπὸ πάντων, quod est totum vel omne. Supra aliam ejus etymologiam dedimus. Colebatur præcipuè ab Arcadibus. Unde & Deus Arcadie Maroni dictus. ubi & templum habuit, quemadmodum in Attica, quod *Panion* dicebatur, ut discimus ex Aristoph. *Lyssistrata*.

Αὐτὸς ὃ ἤδη πᾶσαν
πελάγῃ πλὴν ἰσχυ-
ριαν, πυργίον οἰκοδο-
μησάμενος ἐπὶ τῷ
θυσιαστηρίῳ, μόνον ἐμοὶ ἱ-
κανὸν ἐνδιαίτημα. ἢ
αὐτὸν ἐν τῷ φροντιστῇ

At ego quàm maximè
semitum mercatus agrum,
turriculaq; ad servandum
aurum constructa, mihi
soli vivendo satis erit in-
habitare: & ibidem mihi
defuncto sepulchrum esse
volo. Hæc igitur decreta

γὰρ ἔξεν μοι δοκῶ. δε-
 δόχθω ᾗ ταῦτα, καὶ νε-
 νομοθετήσῃ πρὸς τὸν
 Πίλοισιν βίον, ἀμιξία
 πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀ-
 γνωσία, ἔτι ὑπεροψία.
 Φίλῳ ᾗ; ἢ ξένῳ,
 ἢ ἐπαῖρῳ, ἢ ἐλέε βω-
 μός, ὕθλῳ πολύς. ἔτι
 τὸ οἰκτεῖραι δακρύνοντα,
 ἢ Πτικερῆσαι διομδρῶ,
 ὠδονομία, ἔτι κατὰ-
 λυσις τῶν ἐθῶν. μονήρης
 δὲ ἢ διαίτα, καθάρσις
 τοῖς λύχνις, καὶ φίλῳ
 εἰς Τίμων. οἱ ᾗ ἄλλοι
 πάντες ἐχθροὶ, ἔτι Πίεστοι. καὶ τὸ πρὸς Κομιλῆ-
 σάη πνι αὐτῶν, μίαισμα.

sunt, placitaque in reli-
 quam vitæ: commercii
 cum quibusvis fuga, igno-
 ratio, & fastidium o-
 mnium hominum. Porro
 amicus, hospes, sodalis,
 ara misericordie, meræ
 nuge: tum miserari la-
 chrymantem, egentibus
 opitulari, iniquitas, ac
 morum subversio: ac vita
 solitaria, qualis est lupi,
 unus sibi amicus Timon:
 cæteri omnes hostes, &
 insidiatores: cum horum
 quoriam congregari, pia-
 culum.

Quam vitæ rationem in posterum sit initurus, &
 ubinam, pluribus indicat Timon. τὴν ἐχθρῶν) Sic vo-
 cat extremam terræ oram, sive agrum ab urbe remotissi-
 mum. Scribit Suidas in extremo Atticæ limite solita-
 rium degisse Timonem, eoque in loco sibi sepulchrum
 posuisse, cuius epitaphium quoque ibidem refert. Su-
 pra in alia significatione usus est hac voce auctor.
 πρυγίον οἰκῆται.) constructa turriculâ. τὸ εἰσδιδρῶ cum
 accu-

accusativo jungitur rei quæ ædificatur. Sic *ἀρχὴν οἰκῶν* dixit Servator noster, Matth. 21. & Luc. 10. *ædificare equum* Maro, *classes* Cæsar. *ῥητορὰς* vocant Rhetores. *ἐπιτολῆς*) recte Budæo *inhabitare* vel *vivere* significat. hinc *ἐπιτολῆς* pro *habitatione* vel *vitâ*. Propriè ea vox locum denotat, in quo quis commorari, & cibum capere solet, *cœnaculum* Latinis. Sic Anronius ab Augusto debellatus maritimam sibi cœnationem ædificari iussit, quam *Τιμόνιος ἐπιτολῆς* appellare solebat, ut refert Strabo lib. 17. & Plutarchus in Antonio. Unde *diatarius servus*, qui illic mensas ornare & ministrare accumbentibus solet: nec non *diatarii fures* apud jurisconsultos, qui ex diætis aliquid furripiunt. *διδοχῶν*) formula decretorum usitata, quam imitatur Timon. Quod subdit, *ἀμείλιος ὡς ἐς ἀνθρώπους*, animum ostendit plane barbarum & efferatum, cui similes reddi divites videtur docere velle Lucianus. Ista autem ferocitas tanta est in Timone nostro, ut amicitia, hospitalitatis, sodalitii & misericordiae jura atque officia omnia in posterum sit abdicaturus, sibi que soli victurus & moriturus. *ἰλίου βασιλῆος*) Aristoteles ad Philippum Macedonem scribens, nihil humanius esse ostendit, quàm afflictorum miseri: immitis ac duri ingenii esse, pietate non tangi. De misericordiae ara quod ait, sciendum, *ἰλίου βασιλῆος* apud Athenienses fuisse institutum, ad quem confugiebant miseri & afflicti homines, ut testatur Pausanias, itemque Servius ad 8. Æneid. ubi inquit: *Postquam Hercules migravit è terris, nepotes ejus timentes insidias eorum, quos avus afflixerat, Athenis sibi primum asylum, hoc est, templum misericordiae collocarunt, unde nullus possit abduci. Quin Romani etiam misericordiae templum statuerunt, tanquam perfugii locum miseris.* Unde & Græci Latinique *aram* vocant summum & in-

& incomparabile præsidium, quæ vice cuiusdam inviolati sit asyli. Phocion dicere solebat: *Nec ex templo aram, nec ex humana natura misericordiam tolerandam esse.* (ὁ δὲ) idem Hefychio, quod *φλογεῖα, ληξέως*, hinc ἰθλῶν apud Aristoph. pro *πυρρῇ. πυρρῆς διαίτης*) vitam significat solitariam. hinc pro *μονήβειον*, apud Hefych. disjunctis vocibus legendum, *μονήβειον βίον*, quod exponit, *μοναχικὸν βίον*. Constat ut nomine *μῆλον*, & antiquo verbo *ἄρω*, *impello*, unde *ἔγω* pro *ἔγω* apud poetas, à quo productum *ἰρίαν*, de remis quibus navis impellitur & incitatur, usurpatum. hic pro *solitario* accipitur. (ὡς δὲ τῶν λόγων) Lupi enim, ut Physici docent, non gregatim, sed solitarii incedunt, ut etiam asini & porci sylvestres, qui propterea *μόνοι* dicuntur ab eodem Luciano in epist. Saturni. Et Suidas, lupum vocat *μονόλυνον*, & geminata consonante *μονόμορον* Aratus, ut pote cuius vita & habitatio sit solitaria.

Καὶ εἰ πῖνα ἴδω μόνον, ἀποφραγὲς ἢ ἡμέρα. καὶ ὅλως ἀνδραίνων λίθινων, ἢ χαλκῶν μηδὲν ἡμῖν ἀφαιρετέων. καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν, μήτε πονδᾶς πονδώμεθα. ἢ ἐρημία γ', ὅρῳ ἔσω παρὲς αὐτὰς. Φυλέτω γ', ἔφρα-

Adeo ut siquem aspexero duntaxat, inauspicatus sit ille dies. In summa, non alio nobis habeantur loco, quam saxeæ, vel æneæ statuæ: neque missum ab ipsis caduceatorem recipiamus, neque fœdera feriamus. Solitudo terminus esto. Ceterum tribules, cognati, populares, postremo patria ipsa, fri-

τορες,

πρε, & δημόται, & ἡ γὰρ quedam & inutilia
 πατεῖς αὐτῇ, ψυχρὰ, nomina, & stultorum ho-
 καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα, minum gloriae.
 & ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοζήματα.

Bellum quasi *ἀσυνδου* indicit humano generi Timon, diemque illum inauspicatum reputat, in quo vel hominem adspexerit solum. *ἀσπρεῖς ἡμέρα*) Sic dicitur teste Eustath. quasi μὴ οἶαται εἶναι φερέσθαι, quae non est nominanda, ut Latini *diem nefastum* vocant à *non fando*. Eucianus in Pseudol. qui libellus *ἀσπρὸς & ἀσπρεῖς* inscribitur, *ἀσπρεῖς ἡμέρα* ostendit ab Atticis appellari, *τίς μαρὰν & ἀπώγειν & ἀπαραχθῆναι*. Ita Plutarchus in Camillo Alliensem diem vocat *ἀσπρεῖς*, quem Latini *atrum*. Solebant enim Romani Thracum more, ut Plinius refert lib. 7, & Casaubonus ad Persium, eos dies, quibus secunda fortuna usi essent, creta vel albo lapillo notare, nigro contrarios. *ἀνδρείωνται λίθιναι*) ad verb. à statuis lapideis aut æneis nihil nobis differant, hoc est, non alio loco habeantur, quàm statuae saxæ vel æνæ, quatum ad spectum nemo movetur. *ἀνδρείας* statua est, sed propriè viri ἀπὸ τῆς ἀνδρείας facto nomine. *μήτε κήρυκα*) *Facialem* intelligit, qui vel belli vel pacis ferienda causa mittitur. Varia fuere & *κρήναι* officia temporibus Homeri, sed posteriori ævo tantum erant, qui præconum & caduceatorum munere fungebantur, quique, ut Legati, apud omnes gentes sacrosancti erant. Hinc Dio Chrysostomus: πολλὰ & *ἀσυνδου* & *κρήναι* *ἰστέοντες*. Notetur & Atticum schema, *ἀσυνδου ἀσυνδου*: Latini dicunt, *federa ferire*, quod intercedentibus victimis seu libaminibus fieri solebat. nam *ἀσυνδου* propriè est *θεῖον*, λῆξιν. Et *ἀσυνδου* vocant antiqui

antiqui non solum *libamina*, sed & *fœdera*, hinc Latinis *spondere* & *sponsio*. *φυλίται*. &c.) Distributione hic utitur Timon, quodque κτ' ἔφ' οὗτοῦ dixerat, in suas species seu partes deducit. Sciendum est populum Atheniensem priscis temporibus divisum fuisse in *φυλὰς*, *δήμους* κτ' *φρετέλαις*, id est, in *tribus*, *vicos*, & *phratrias*. *φυλὰ* maxima civitatis pars erat, quæ quatuor fuere sub primis regibus. Postea decem factæ, ut ex Demosth. & Æschine discimus *φυλὴν* vocantibus decimam urbis partem. Postremo Alcæonidarum ætate ex oraculo Ampollinis in duodecim tribus divisi Athenienses, quæ ferè omnes ab heroibus suis nomen sortitæ, ut alibi notavimus. hinc *φυλίται*, qui ex eadem sunt tribu, contribules. Sic Hesychius. *φυλίται*, ὅ οὐ τὸ αὐτῆς φυλῆς, δὲ τὸν ἐμὴ φυλῆς, ubi corruptè legitur ἐμὴ ψυχῆς. Continebant autem singulæ *φυλὰς* tres *φρετέλαις*, hoc est, tres gentilitates simul & cognationes. Certè *φρετέλεια* in Atheniensi populo tertiam constituebat tribus partem, tunc cum in quatuor duntaxat tribus discretus erat. Eustathius: *φρετέλεια* ἑλέγαν τετραὶν μέρους τὴ φυλὴν παρ' Ἀθηναίων. Verùm apud Romanos, quum in tres *φυλὰς* distributus esset populus à Romulo, unaquæque *φυλὰ* decem habebat *φρετέλαις* sive curias. hinc *φράτρες*, qui ejusdem sunt *ἰταυρίας*, sive *συγγυνίας*, id est, *sodalitii*, sive *cognitionis*, ut pater & liberi: item fratres cum sororibus earumque maritis, idque secundum lineam rectam & transversam, ut docet Salmastius, ab antiquo nomine *φράτρες*, vel, ut vulgus Grammaticorum, *πατρὶς* τὸ *φρέιαν*, quasi τὸ αὐτῆς *φρέιαν* ἔχοντες, quod *eodem* *puteo*, hoc est, patre & auctore gauderent. *δημίται*) Sic dicuntur populares, qui ejusdem sunt *δήμου*. *δήμος* autem pagus seu vicus est, ut supra notavimus, erantque numero 174. in Attica. Per hos olim

olim separati vivebant Athenienses, quos tandem in unam urbem ita contraxisse fertur Theseus, ut tamen nomina δῆμοι remanserint, & cujusque pagi sive populi, quasi unum corpus collegii ab aliis separatum & discretum constituerit: *ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν* id est, *inepta* & *vana*, quæque nihil habent efficaciz vel ponderis, ut *frigidum* apud Latinos. *ἀνοήτως ἀνδρῶν* Aliter judicat Cicero, qui vel eo nomine Ulysses, ut sapientissimum prædicat, quod *οὐλομένης* esset, 2. de Legib: Et Zaleucus Locrensiū legislator naturam humanam, cum brutā commutasse, & perduellionis reum perhibet eum, qui patriæ suæ desiderium omne & curam deposuit.

Πλατείτω ὁ Τίμων
μόνον, καὶ ὑπεροσάτω
αἰνῶντων, ἔκρυφάτω
μόνον καὶ ἑαυτὸν,
καλακείας καὶ ἐπαίνων
φορτικῶν ἀπηλλαγμέ-
νῳ, καὶ θεοῖς ἵστω,
καὶ βωχεῖτω μόνῳ ἑ-
αυτῷ χεῖτων ἔομορος
ἐκσείων τ' ἄλλων. καὶ
ἀπὸ ἑαυτοῦ δεξιῶσαι-
δάμ δεδόχθω, καὶ δὲν
δοποθῶνεν, ἢ αὐτῷ τι-
φαιον ἐπιτεγκῶν. καὶ

Solus Timon dives esto,
despiciat omnes; solus ipse
secum oblectetur, abhor-
rens ab assentationibus, &
adiosis laudibus: Diis sa-
cræ facit; solus epuletur,
sibi ipsi vicinus; sibi ex-
cussis aliis conterminus;
& semel se ipsum comi-
ter excipere decretum esto,
si sibi moriendum sit &
admovenda corona. De-
nique nomen suavissimum
esto Misanthropos, ho-
minum osor. Merum

ὄνομα μὲν ἔστιν ὁ μὲν αὐτὴν ποτα, morositas,
 σάνθρωπος ἡδιστον. & asperitas, feritas, iracun-
 τρώς ἡ γνῶσιμα, dia, inhumanitas.
 δυσκολία, ἑτραχύτης, καὶ σκαυότης, καὶ ὀργή,
 ἑἀπανθρωπία.

Aliae sequuntur ἀπανθρωπίας φύσες. τρυφᾶτω μὲν)
 rectè interpretes: ipse secum oblectetur. nam τὸ τρυφᾶν
 πῶν solum ad γαστριμαργίαν restringitur, sed ad omnis
 generis delicias & voluptates refertur. Qui enim de-
 licatè vivunt, ciborumque cupediis sese explent, in-
 omnem lætitiā effundi solent. ἱπαννὸς φέρλκός) vo-
 catur laus onerosa, gravis & cum fastidio inepta. τὸ
 φέρλκός de navī propriè dictum vult. φέρλκος, unus.
 Apud Comicum tamen φέρλκος accipitur pro sanna &
 irrisione molesta, quæ ex fastidio alteriusque con-
 temptu oritur. hinc φέρλκος Aristoteli, οἱ τῶν γὰρ οἱ
 ἐν τῷ βίῳ οἱ. Ethic. 4. ἀπῆλθεν) ab Erasmo ver-
 titur liberatus: à Pererio abhorrens. Utramque signi-
 ficationem habet verbum ἀπῆλθεν. ὁ ἀρχαῖος)
 Scribit Athenæus lib. 8. ἀρχαῖος appellari, non ἀπὸ
 ὁχλός, hoc est, cibo (quæ tamen sententia est multorum
 ex antiquis Grammaticis teste Casaubono) sed ἀπὸ
 τῆς πύτης ὁ ἵχθῳ. Et tunc ὁ ἵχθῳ est lautè epulari & cu-
 stulam curare, pro quo & ὁ ἀλγιστὸς καὶ οἱ dicunt
 Græci. Nam alioquin equivoçi convivium sanitati ma-
 gis obesse, quàm prodesse auctor est Gorgias Sophista
 apud Lucianum in Macrobo, μὲν) μετοφασίαν olim
 pro convicto objecerunt veteres, ut videre est in illo
 Alexis Comici apud Athenæum. ἵππῳ ἰς πόρῳ μετ-
 φάσι καὶ τοῖς πόρῳ. Seneca item damnat vitam solitariam
 & victum in epist. 19. Et pulcherrimè, quisquis fuit
 ille

ille apud Romanos : qui quo die solus cœnasset, dixit *edisse se*, non *cœnasse*, tanquam cœna communionem semper & oblectantem requirat familiaritatem . unde & *convivium* à convivendo, & *cœna* quasi *agnè dicta*. Vide Plutarch. quæst. convival. 7. & Lipsii notas ad Senecam. *δεξιὰ (αἰχὴ)* Est aliquem per dextram capere, vel dextra prehensum comiter excipere. Dextra enim ut fidei, ita & charitatis atque amoris symbolum est. Unde Pythagoras monebat suos, *μὴ παντὶ ἰσχυάμοιρ δεξιάν*, dextram non cuivis esse porrigendam, hoc est, non quolibet in amicitiam esse admittendos. *δυσκολία*) Morum *πορείσμενα* quinque hic recenset Timon, quæ talia sunt, ut ex diametro repugnent toridem virtutibus *ἐπιτηδεύματα*, in quibus non minima est *δυσκολία*, id est, *morositas*. homo *δύσκολος* propriè sic vocatur, ὁ ὄντι τὸ κόλον, ἢ πρὸς τὸ φιλῶν *δυσχερῶν*, qui fastidioso est stomacho, sive difficilis in sumendo cibo; *morosus*, cui omnia ferè tum dicta, tum facta stomachum movent : huic viro opponitur *δυσκολία* seu morum facilitas apud Aristotelem : sic aspernati contraria est suavitas ; feritati mansuetudo, iracundiæ lenitas, inhumanitati humanitas sive comitas, de quibus morum magistri.

Εἰ δὲ πῶς ἴδοιμι ἐν
πυρὶ διαφθερόμενον,
καὶ σβεννύειν ἰκελεύον-
τα, πῶς ἔτι λαίω κα-
τασβεννύειν. ἔγωγε πῶς
ἔτι χειμῶντος ὁ πῶτα-
μός ἐστι φέρη, ὁ ὅς,

Quod siquem conspe-
xero incendio conflagan-
tem, & supplicantem ut
extinguam, pice, oleoque
restringere : & siquem
hyeme flumen deferat, is-
que porrectis manibus ro-
get ut retineatur, cum de-

τὰς χεῖρας ὀρέγων; ἀν- *merso capite praeferere, ne*
 πλαβιάξ δέη), ὠθεῖν *possit emicare. Hoc pacto*
 ἔτῃτον Ἰπὶ κεφαλῇ *parem gratiam reportent.*
 βαπτίζοντα, ὡς μηδὲ ἀνακύψαι δυναθείη. ἔτω
 γὰρ αὐτὸ ἵστω ἀπολάβοντι.

Alius anitui crudelis character. Humanum est hominem in periculo versantem, si possis, juvare, eique dextram auxiliatricem porrigere, quod se facturum negat bellua nostra. πῖπῃ vel ἰλῶν πῦρ εἰσινύειν, proverbialis locutio est, quando ejusmodi remedia adhibemus, quæ malum magis exasperant, quàm diminuunt. Catilina, cùm in Senatu dixisset: *Incendium patriæ, si aqua non potuero, ruina extinguam*, respondit Cicero: *vox non hominis, sed Furie*. De Timone idem hic dicere liceat. πῶτος περσφίρη) Exemplo illustrat quod ait. περσφίρη δὲ dicuntur, qui cùm natandi sine imperiti, undarum violentiâ transversî rapiuntur. Virgil. *Atque illum in praeceps pronò rapit alveus amni*. Ξημῶν) Malum exaggerat à temporis circumstantia. hyeme enim flumina ob imbres & nives solutas rapidissimè feruntur. Unde Horatius: *ruebat, Flumen ut hybernus*. χεῖρας ὀρέγων) id est, ὠτοῖόντι, manus extendens seu porrigens. Sic Homerus: *Εὐχὲ χεῖρ' ὀρέγων*. Iliad. primo, & alibi. ἰπὶ κεφαλῇ βαπτίζοντα) Demersionem significat quâ quis pronò capite sub aquas detruditur. ἰπὶ πρὸς ὅπον, & πρὸς ὅπον pro eodem usurpant alii, quasi dicat Timon: *Tantum abest ut eum manu prehensum ex aquis extraham, ut contra penitus sim demissurus & ad fundum usq; detrusurus, quod extremæ crudelitatis est argumentum*. Præfractos ejusmodi & immicis ingenii homines eleganter Plato νεροβίλας vocat,

vocat, seminum instar, quæ cum in cornu inciderint, dura redduntur nulloque modo costibilia teste Plinio, cuiusmodi cives à republica sua abesse vult, lib. 9. de legum initio. ἀνάνησται) Est propriè oculos & caput erigere, ut aves bibentes solent teste Budæo. Aristoph. interpretes à consortibus desumptum putat, qui sub novacula sedentibus hoc dicebant, quò latent sub mento crines abraderent commodius. emergendi hic significationem haber. Plato eleganter de anima usus est sese depressam quasi erigente, in Phædro. τὸ ἴστω) subintellige μέγαν ἡ χάραν, quæ ellipsis Græco sermoni est usitatissima.

Εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐχεκρατίδης καλυπτεὺς, ἐπιψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτὸς, εἰεν. ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω· καὶ ἀνδρικῶς ἐμυθρόμην αὐτοῖς.

Hanc legem tulit Timon Echekratides Colytensis, & Timon ipse concionis subscripsit suffragiis. Age hæc decreta sunt: hæc fortiter tuamur.

Sequitur ἐπιψήφισις sive confirmatio decreti, quod ad instar legis ratum esse vult Timon, totiusque quasi concionis subscriptum suffragiis. εἰσηγήσατο ὁ νόμος) Sic dicitur is, qui legem proponens suasit. hinc *suasor legis* & *lator rogationis* appellatur ὁ χαράων καὶ ἐισηγητής, ut docet Budæus. Habet verbum *præcundi*, vel *introducendi* significationem. Ita Cicero dixit: *introducere deliberationem*, pro auctorem ejus esse & suasorem. ἐπιψήφισις) Qui legem latam confirmat, dicitur ἐπιψήφισεν, id est, πάντῃ διακρίνας καὶ κοινῇ. Erasmus

vertit: concionis subscripsit suffragiis. Stephanus mavult, astipulatus est decreto, vel confirmavit suo suffragio decretum concionis, respiciatque ad morem priscum calculos per, infundibulum conjiciendi in hydriam sive sitellam.  enim calculus.

Πλὴν ἀλλὰ οὐδὲ
 πολλὰ δ' ἐν ἐπισητάμῳ
 ἅπαντες γινώσκοντες
 ταῦτα γινώσκοντες, δῖος
 ὑπερπλητῶ. ἀγχόνῃ
 γὰρ αἱ τὰ πρᾶγμα γίνονται αὐτοῖς.

Ceterum magni fecerim, si hoc omnibus innotescat, quod opibus abundo: eos enim illud praefocaverit.

Εὐχὴ sive votum. Exoptat Timon, ut omnibus innotescat se opibus abundare, quia hoc vel maximè cruciatit invidos & ingratos. γινώσκοντες αἱ) pro γινώσκοντες. Aristum pro futuro, quod facit particula δυνήσκειν, ut supra diximus. hic exprimitur in antecedentibus, alibi subintelligitur. ἀγχόνῃ αἱ γινώσκοντες) Quicquid angit vel cruciat hominem ἀγχόνῃ nomine significant Græci, ut crucis Romani. Sic Aristoph. in Acharnens. Ταῦτα δ' ἐν οἷς ἀγχόνῃ; nonne hæc sunt, quæ me ad suspendium adigant? Propriè laqueum denotat, ab ἀγχο, strangulo, unde & Latinum angere. Scholiastes interpretatur χροῖον, ἢ βροχόν. Solent enim homines ex desperatione ad laqueum ut plurimum redigi. hinc pro quovis mortis genere accipi rectè notat Burdelotius. τὸ πρᾶγμα) articulus vim habet pronominis demonstrativi.

Καίτοι τί τῶτο; Φεῖ
 ἔτι τάχους, πανταχόθεν

Sed quid illud? Eheu, quæ celeritas ista? undi-

συνθίξαι κενονιμῶσι, & que concurrunt pulveru-
 πιδιῶντες, οὐκ οἶδα lenti atque anbeli, καὶ
 ὅθεν ὁσφραίνονται. & scio, unde aurum odorati.
 χρυσίῳ.

Oratio θαυμαστικὴ sive admirationis plena. Miratur
 Timon, tot undique ad se concurrere homines, tan-
 toque studio festinare. Idem illi accidit, quod Chre-
 mylo apud Aristoph. qui, cum lautioreretur fortu-
 na, statim plurimos habebat amicos, sed ollares tan-
 tum, qui divitias sequuntur, ut umbra corpus. *εὐ-
 λία* (κινεῖσθαι) Ardens eorum in currendo studium
 & festinationem indicat. Est enim ἀργῖον, pulvere im-
 pteo. Solent quippé properantes inter currendum pul-
 vere impleri. hinc ἑγχεῖν αὐτὶ & αὐτῶν apud Comi-
 cum in Pluto. pro quo & ἄγγεῖν idem dixit in *Lystr.*
 Ab eo verbo est ἄγγεον pro famulus, minister: & for-
 tasse ancillari. Fervens illud in Pecuniae sectatoribus
 studium expressit etiam poeta Baravus:

*Pars magnis enixa animis obducat iterque
 Rumpit anhelat, argens.*

Alibi dixit Lucianus, κινεῖσθαι ἐν πλούτῳ. ὁσφραίν-
 ονται) Notandum ὁσφραίνονται per metaph. hic accipi pro
 intelligere aut resciscere. Sic Plautinus Euclio in *Aulul. de*
Megadoro sinistrè suspicans: *Aurum*, inquit, *huic oluit.*
 quod propriis verbis effert Chremylus in *Pluto*, ubi Me-
 nedemū videns accurrentem ait: *Δῆλός ἐστι, ὅπερ ἐστέ
 καλὸν ἀκούει πρὶν βαδίσαι πρὶν τὸ τάχος.* id est, *Certum*
est ex incessu propere, quod jam aliquid de isthoc rescivit
negocio. De *Pluto* loquitur, cujus beneficio jam factus
 erat locupletior.

Πότῃρον ἂν ἴκῃ τὸν
παῖγον τῆτον ἀναβὰς
ἀπελαύνω αὐτὰς τοῖς
λίθοις ἐξ ὑπερδείων
ἀκροβολιζόμενῳ, ἢ
τίγῃ πῶτον ὠδονο-
μήσουμεν, εἰς ἀπαξ αὐ-
τοῖς ὁμιλήσασθαι, ὥς
πλέον ἀνιῶντο παρορώ-
μητοι; τῆτ οἶμαι καὶ ἄμεινον. ὥς τε διεχόμεθα
ἤδη αὐτὰς ὑποστάντες.

*Utrum igitur hoc con-
scensu colle saxis eos abi-
go, è sublimi deiaculans:
an hac tantum in re legem
violabimus, ut semel cum
illis congregiamur, ut con-
tempti magis angantur?
ita satius esse duco. Ideo-
que restemus quò illos ex-
cipiamus.*

Ἀπορία sive dubitatio. Deliberat secum Timon, utrum facturus sit, an conscenso colle adventantes à se saxis sit abacturus; an simul cum illis sermone congressurus, ac deinde jejuno eos stomacho dimissurus, ut tanto magis angantur fastiditi & repulsam passi. quod posterius consultissimum illi videtur. ἰωὲ τ' παῖγον) hic παῖγον collem designat, non villam. Unde ἄριστος παῖγον, Marti facer collis. minùs rectè alii vicum Martium interpretantur. ἐξ ὑπερδείων) suppl. τόπων. Sic dicitur locus teste Stephano, in quo dextra potest attolli supra aliquem. Polybius lib. 7. ὑπερδείων λόφον appellat, in quo superiores vel altiores essent hostibus. Igitur non satis vim vocabuli illius expriment, qui simpliciter ita vocant locum editum vel opportunum. ὑπερδείων) dicitur respectu hostium, qui ex inferiore loco aut de plano celsiores oppugnant. Ἀκροβολιζόμενος hic latius accipitur, nec tantum

tantum significat è longinquo jaculis petere, sed & lapidibus. Videquæ supra notavimus ad vocem ἀγέ-
κολοι, pag. 23.

Φέρε ἰδῶ, τίς ὁ πρῶ-
τος αὐτῶν ἔτις ἐστὶ ;
Γναθωνίδης ὁ χέλαξ, ὁ
πρῶτῳ ἔργον αἰτήσας
μοι ὀρέξας τὸ βρόχον,
πίθας ὅλας παρ' ἐμοὶ
πολλάκις ἐμνημεύας .
ἀλλ' εὖγε ἐποίησεν ἀ-
φικέμεν, οἰκώξει)
γὰρ πρὸ τ' ἄλλων.

*Age prospiciam, pri-
mus eorum iste quis est ?
Nempe Gnathonides ada-
lator, qui mihi nuper ce-
nam petenti, funem por-
rexit, quum apud me se-
penumero solida dolia vo-
muerit. Sed bene est quod
ad me venit. nam primus
omnium vapulabit.*

Sequitur Ἀγέκολις contumeliosa, sed festiva, & sy-
cophanticis hominibus condigna. Primus omnium
sele offert Gnathonides adulator, quem suis colori-
bus ad vivum depingit Timon. Patronymicum est
hoc nomen ἀγέκολος, sic dicitur parasitus apud Teren-
tium, vel à Gnathone quodam Siculo, ut placet Tur-
nebo Advers. lib. 18. cap. 4. vel ex eo quod adulatione,
ut Antiphanes loquitur, μάσημα quærat τῷ στόματι, hoc
est, aliquid, quod buccis mandat. στόμα enim maxilla, vel
bucca. Hinc Stasimus apud Plautum in Trinum. *Pol-
ego, etiamsi vetet, edim atque ambabus malis expletis vorum.*
ἔστω αἰρήσασθαι) Notandum hic vocem ἐπείνα male ver-
sam ab interpretibus pro cœna. Pecuniæ genus est, quam
amicus amico adversam fortunam passo erogabat ea
lege, ut si Deus aliquando meliora daret, quantum illi

erogatum esset, tantundem ipsi restitueret. Eratque veluti medium quoddam inter id, quod δάμιον, creditumque propriè dicitur, & stipem illam quotidiana, quæ mendicis & æriscatoribus sine ulla recuperandi spe erogabatur. Græci δαίμωνιον vocant. Et tenebatur amicus, ubi lautiores nactus esset fortunam, singulis amicorum acceptas pecunias reddere. hinc δαίμωνιον δίκην apud Athenienses. de quibus vide Casaubonum ad Theophrasti charact. & Cl. Salmasium in observat. suis ad jus Atticum. Aliàs significat quoque vox ea convivium, quod instruitur à symbolarum collatoribus, sive ab uno paratum sit ad plures excipiendos, sive à pluribus ad unum. & sæpe epulum denotat sumptuosum, ἀνὶ τῷ ἱερῷ, vel ἱερῶν, quod antiquum est verbum significans αἰεῖν, evacuare, profunderè, ut exponit Hesychius. ἱερῶν τὸ βέγγει) Ingratum hujus parasiti animum notat Timon, quod sibi pecuniolam ejusmodi vel stipem poscenti funem porrexerit, quod est, ut proverbio dicitur, laqueum mandarit. Nam laqueum mandamus iis, quos usque adeo negligi à nobis significamus, ut si vel suspendant se, nihil ad nos attineat. hinc ad restim rediisse dicitur res eorum, quorum facultates absumptæ sunt vel periere. βέγγει propriè funis est seu testis ad suspendium aptus, quod circumponitur τῷ βέγγει, id est, gutturi, ut volunt Grammatici, αἶψα ὅλως ἰμμενέας) Indicat his verbis remulentiam hominis Timon. Pari hyperbola de M. Antonio scribit Cicero Philipp. 2. quod vomendo frustis osculentis vinum redolentibus gremium suum. & totum tribunal impleverit. De talibus & idem loquitur Tullius lib. 2. de Finibus. Nolim, inquit, mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudisque postridie se rursus ingurgitant. ipse mandat.

præst: Atticum, quod cur minùs usitatum dicat Stephanus, non video.

Γνα. Οὐκ ἔγωγ ἔλεγον, ὡς σὺ ἀμελήσῃσι Τίμοι. ἀγαθὲ ἀνδρὸς οἱ θεοί; χαῖρε Τίμων ὁμορφώτατε, καὶ ἡδίστε, καὶ συμπληκώτε. τί. νή εἰ σὺ γα, ὦ Γναθωνίδη, γυγῶν ἀπάντων βορώτατε, καὶ ἀνδρώων ἰπτεπλήτατε.

Gna. Nonne dicebam fore, ut Dii Timonem bonum virum non negligerent? Salve Timon formosissime, suavissime, convivator bellissime. Tim. Tu quoque salve Gnathonides, vultarum omnium voracissime, atque hominum perditissime.

Timonem blandis verbis compellans Gnathonides, eum, ut virum optimum Diisque gratum prædicat, quò benevolentio rem sibi habeat paratior emque ad obsequium. χαῖρε Τίμων) Verè scripsit Cassiodorus in epistola quadam: *Adulatio blanda omnibus applaudit: omnibus salve dicit.* Nec minùs scitè Seneca: *Malum hominem blandè loquentem agnosce tuum laqueum esse. habet enim suum venènum blanda oratio.* ὁμορφώτατε) Laudat primò Timonem à pulchritudine corporis, eum appellans ὁμορφώτατον, hoc est, formosissimum. Ita juvenalis de Græculis assentatoribus Sat. 3.

*Quid quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermone madocti, faciem deformis amica.*

Huc quadrat quod subdit Cassiodorus loco supra citato: *Adulatio prodigos vocat liberales; avaros, parcios; garrulos,*

affabiles; obſtinatos, conſtantes. addo & Theſſitas, formoſos: quæ ſagitta leviter volat, certoq; inſigitur. Unde cautior Diogenes, ut Seneca refert in epistoſis, cum ſupra modum ab aliquo laudaretur, opportunè reſpondit: *Adulator, deſine me laudare, nihil proficis, cùm te intelligam.* συμπολιχάτης) Secundò deprædicat eum à morum ſuavitate. συμπολιχὸν vocant Græci, qui libens ac bene lautèque convivatur, ut exponit Budæus. nam convivia ſua Græci dixerunt συμποσία: vel potiùs ita appellatur, qui novit quo pacto ſe gerere oporteat inter compotiores, ut illis ſit jucundus. Docet hoc Plutarch lib. 1. Sympoſ. ἂν μὲν τῇ μεθύσει εὐάλογος ἦ, μὲν τε σὺς τὸ πίνειν ἀπρόφορος. Item, ſi ſit πρὸς πινόντων εὐαῖος, καὶ πρὸς αἰσῶν μὴ ἀπρότερος, Si nimirum ſeriis bibentium ſtudiis ſit accommodatus, tum à jocis eorundem haud alienus, ſed ad utraq; probè temperatus. γυνῶν βορώτης) Sic vocat Gnathonidem Timon perſpecta ejus aſſentatione. Diximus ſupra *vultures* appellari per convicium, qui vel ob hæreditatis vel alterius emolumenti ſpem inſidiantur cuiſpiam. Eſt enim vultur avis rapax, prædæ furtoque ſemper intentus. Unde & Imperatores ſubditorum ſpoliis inhiantes, itemque avaros provinciarum præfectos Cicero *vultorios* appellat in orat. pro Sextio. βίρος, vel ut alii ſcribunt, βροχὸς edacem, ſignificat, à quo Latinum *vorax*, verſo β in υ conſonantem, ut à βίω, *vivo*, βιά, *vis*. Exponitur ab Heſychio, πολυφάγος, ἄπειρος, qui inexplibilis eſt voracitatis, edax. nomen paraſito conveniens.

Γρα. αἰεὶ φιλοσκάμ- Gna. Grata ſemper
μων αὐ γὰρ. ἀλλὰ πᾶ tibi dicacitas: ſed ubi eſt
τὸ συμπίσειν; ὥς καὶ condiditum? καὶ ποῦναι

τόν π α ρ ἄ σ μ α ῖ ῖ ν ο ο - tibi adfero cantilenam ex
 διδάκτων θύραμβων his quos nuper didici di-
 ἤκω κερμίζων. thyrambis.

Gnathonides malè exceptus à Timone, distertia ejus, quæ parasitorum patiemia est, in bonam partem interpretatur, quasi ab ingenii quadam urbanitate profecta. φιλοκαύματος) dicitur qui distertiis mordacibus & scommatis gaudet, εὐπείλια alio nomine. De Atheniensibus refertur, quod essent σκωπῆλαι, καὶ κερμίζοι. Unde dictum à quopiam: καὶ εἰς λίαν, μέλι ἐστὶ τὸ Ἀθηναίων. Eo etiam ingenio fuisse leguntur Antiocheni, itemque Alexandrini, quos φιλοκαύματος appellat Herodian. lib. 1. & Athenæus lib. 4. c. 25. De εὐπείλια, quatenus laudanda est, vel vituperanda, legatur Aristot. Eth. lib. 4. cap. 8. itemque Beza ad Ephes. cap. 5. vers. 4. ubi damnare eam videtur Gentium doctor. καὶ τὸ συμπόσιον;) Malè eo nomine audiebant Græci, quod comotationes amarent, essentque φίλοι. Laudibus arguitur vini vinosus Horatius, inquit Horatius. Et notum est illud eorum tabernis inscriptum omnibusque decantatum symbolum: ἢ πίθι ἢ ἀπίθι, aut bibe aut abi. Priscos tamen Lacedæmonios excipe, quorum phiditia seu convivia, cum in publico haberentur, scholæ erant sobrietatis & virtutis omnis, ut testantur Xenophon in Rep. Lacedæm. & Plutarchus in Laconic. κατὸν ἄσµα) Novam cantilenam affert Gnathonides, qua Timonem oblètare studet. Novit enim palpatior homines rerum novarum esse cupidos. hinc Telemachus apud Homæ. Odyss. α.

Τὴν γὰρ αἰδέων μᾶλλον ἰππολοῖον ἀνθρώπων.

Ἦν γὰρ ἀκρόστιον ἰσότητι ἀμφιπύλας).

id est :

Hanc cantilenam magis celebrant homines,

Qua audientibus novissima est.

Et Pindarus in Olymp. hymno 9. Αἶνέ παλαιὸν εἶον
 ἄνθη δ' ὕμνων νεώτερον, id est: *lauda vinum vetus, sed*
novorum hymnorum flores. Sentit enim ἀμύμητος poeta
 gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrant,
 quàm qui prisca tractant. Pleraque commendat novi-
 tas, præsertim apud imperitos. ἰσοδιδανκῶν διδυρμῶν)
 id est, τὸ ἰσοδιδασκόμενον, *quem recens didici.* Vox
 ea in Lexicis prætermissa, ut & aliæ complures. Nec
 apud Stephan. extat, quod miror, cum nihil sit vul-
 gatus. Dithyrambus autem chorus, vel carmen di-
 citur in honorem Bacchi compositum, quod non nisi
 furore quodam affectis & lymphaticis convenisse scri-
 bit Plato in Phædro. magnam vim ad animos conci-
 tandos & perturbandos habuisse fertur. Sic dicitur à
 Baccho, qui & διδυρμῶν appellatur ab antro quodam
 διδυρῶ in quo educatus traditur: vel ex eo quod bis na-
 tus, & è duabus quodammodò januis egressus sit, nem-
 pe ex utero materno, & Jovis femore. cujus figmenti
 varias interpretationes vide apud Diodor. Siculum &
 Eusebium, nec non Macrobianum, Phurnutum, & alios.

Τί. Καὶ μὴν ἑλεγεία Tim. *At elegos ca-*
 γὰρ αἴτη μάλα ωειπα- *nes admodum miserabi-*
 θῶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δι- *les, ab hoc doctus ligone.*
 κέλλῃ.

Responsio Timonis apposita & festiva. Dithyram-
 bis opposit elegos qui miserabiliter sonant, ideoque
 ἐν πῖς

οἱ τοῖς ἰατρῶν olim adhiberi solebant, sic dicti ἄν-
 τ' ἰὶ λῆγῃ, quæ flentium vox est, hinc *elegia stertilis* apud
 Ovid. *cinivus* vocat Apollon. Argon. 2. *miseros* Ho-
 rat. lib. 1. Od. 23. Postea verò omnibus promiscuè
 rebus applicari cœpit hoc metri genus, nullam que
 hodie materiam respuit. Sic idem Flaccus in arte
 poet.

Versibus impariter junctis querimonia primum:

Post otiam inclusa est voti sententia compos.

Iocosè autem ad significationem hujus vocabuli allu-
 dens Timon, gemitus & ploratus seu ejulatus, vocat
elegias, aut etiam querulas voces, *ἀσπαῖας*) id est. *mi-*
serabiliter, & cum magna vi affectuum. Vult signifi-
 care modum Timon, quo canturus sit elegos, nempe
συμπαθηκὸς ἃ ἐν κλαυθμῷ, quem doloris affectum illi
 inditura esset ἰδρυῖς, simulque parasitum ligone,
 suo percussit.

Γνα. Τί τῶ; παί-
 εις, ὦ Τίμων; μαρτύ-
 ρομαι. ὦ Ἡράκλεις.
 ἰδ. ἰδ. προκαλῆμαι σε
 τραύματι εἰς Ἀρείον
 πάγον. Τί. ἃ μὲν αὖ γὰρ
 μικρὸν ὀπταδιῶνς,
 Φόνις πύχα προκαλήσῃ με.

Gna. *Quid istuc? fe-*
ris ὦ Timon? antestor ὦ
Hercules, hei, kei, te
quod mihi vulnus infli-
xeris apud Areopagitas in
jus voco. Tim. *Atqui si*
cunctè paulisper, mox
cedis me reum ages.

Gnathonides præter expectationem ligone saucia-
 rus Timonem in jus vocare minatur ob datum vulnus.
 Ob simplicem verberationem apud Athenienses daba-

tur *δίστις αἰνῶν*, id est, actio ob verbera, quæ privati erat
 iudicii, & pecunia ferè multabatur. Actio verò ob
 datum vulnus, publici erat iudicii, & graviore sup-
 plicio pledebatur. *πρὸς τὸν νόμον* appellante Græ-
 ci, & quidem *ἐν πρῶτῳ*, ut hic factum à Timone.
 Vulneris autem confusio dati olim poena fuit bonorum
 publicatio cum relegatione, ita ut ab exilio in patriam
 redux morte lueret. talio tamen in certis quibusdam
 causis ac vulneribus lege Solonis obtinebat. Sed hac
 de re fusius disceptantem audi Salmasium in lib. jam
 sæpius memorato de Jure Attico. *μαρτύρεται*) Ad cir-
 cumstantes hæc loquitur. q. d. Vos qui præsentibus hic
 estis, testes cito, quod Latinis *amtestari* dicitur. Glossæ,
Amtestor, μαρτύρεται, testem facio. Fiebat id apud Ro-
 manos auriculamprehendendo seu vellendo ejus,
 quem testem sumebant. Cujusce ritus meminit Horat.
 Serm. lib. 1. Satyr. 9. ubi vide Lambinum. *πρὸς τὸν
 νόμον*) *voco te in jus*, scil. *ἐν ἀμείνων πάγων*: aliquando
 additum reperitur *ἐν νεῖκι*, vel *δίνῳ*. Budæus in
 his & similibus locis reponendum suspicatur *πρὸς τὸν
 νόμον*, quod tamen contra optimorum codicum fidem
 temere faciendum non est. Alioquin fateor alterum
 sæpius inveniri. Sic Aristophanes in Vespis, Plutar-
 chus item & Aristoteles locuti: cujus est illud 5. Poli-
 tic *πρὸς τὸν νόμον φέρει ἐν ἀμείνων πάγων*. Vide Thes. Steph.
ἀμείνων πάγων) Nomen *πάγων*, ut jam ante monuimus,
 pro colle seu petra accipitur à *πάγωνι*, cujus indef. 2.
 est *ἱππῶν*, hinc *πάγων*, quod lapides vt caloris aut
 frigoris in unum compingantur & condensentur, ut
 docet Aristoteles probl. 24. ideoque non producenda
 est princeps syllaba, sed corripienda, ut contra vulga-
 res Grammaticos optimè probat præcessor meus Je-
 remias Hoelzelinus vir Græcè doctissimus ad Apollon.
 suum

sum lib. 2. Ἀρχὴ appellatur, quod cū Mars, qui Græcè dicitur ἄρχη, homicidii crimine reus fieret, judicantibus duodecim Diis, in eo colle sex sententiis (Græci ἰουσι ψήφου vocant) absolutus sit, cujus rei testis est Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5. Metonymicè hic designantur ipsi Arcopagitæ, quorum judicum summa erat auctoritas, deque capitalibus causis pronunciabant tanta integritate, ut noctu atque in tenebris, non interdum causas cognoscerent: quo non dicentes, sed duntaxat ea, quæ dicerentur, spectarent, ut auctor est Lucianus in sectis. Scribit Aristoteles in lib. de Rep. Ephialtem & Periclem minuisse auctoritatem Senatus Arcopagitici & studio auræ popularis pauperes admisisse in ordinem Senatorium, denique eum, ut & alios judicum confessus fecisse *μισθοφόρος* Stipendium cujusque judicis quotidianum erat triobolus. *mercedulam* appellat Cicero lib. 1. de Orat.

Γρα. μηδαμῶς,
ἀλλὰ οὐ γὰρ πάντως τὸ
ῥεῖμα ἰασαί· μικρὸν
ἰππιάσις ἔχρυσος.
δεινὸς γὰρ ἰχθυὲν ἐν
τῷ φάρμακον.

Gna. Nequaquam.
quin planè vulneri modere
paululum auri inspergens:
presentissimum enim illud
est remedium ad sisten-
dum sanguinem.

Duriora Timonis verba & dolorifica verbera gratiosis iterum dictis emollire studet Gnathonides, æqui bonique omnia consulens, modò vulnere imponatur. emplastrum aureum. Sic parasiti solent commodi gratia quævis & facere & pati. Juvenalis Sat. 5.

O

Omnia

— Omnia ferte

Si potes & debes: pulsandum vertice raso
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati his epulis, & tali digna amico.

De eo loquitur Satyricus, qui opiparas divitum
mensas sectabatur. Μινός & χαρίς) pro ἰλίσσιν. ἰππίασιν
propriè est inspergere. Erasmus eleganter per inungendi
verbum exposuit more Latinis usitato, quanquam in-
ungere Græcis sit ἰχχεῖν. Et apud medicos φάρμακον
ἰσχεῖν & ἰππίασιν distinguuntur. Nam ἰχχεῖν vo-
cant, quo corpus extrinsecus inungitur: ἰππίασιν
quod inspergitur exterius corpori vel vulneri. ἰχχαῖον
in.) Facetè & per jocum sic vocat aurum. Erasmus
vertit, presentissimum remedium. Peterius rectè, presen-
tissimum remedium ad sistendum sanguinem, expresso no-
mine ἰχχαῖον, quod est, παρὰ τὸ ἰχθεῖν τὸ αἷμα. Unde &
herba ἰχχαῖον vel ἰχχαῖον dicta à sistendo sanguine,
quam Eustathius putat esse radicem illam ab Eurypy-
lo Patrocli vulneri adhibitam, quæ, ut Homerus eam
describit Iliad. γ. ἀπ' αὐτοῦ ἔρχ' ὀδύνας τὸ πρὸ ἰλίου ἰρί-
σιν, πάλαι δ' αἶμα. Sunt qui Achillejam vocant:
alii Aristolochiam, de quibus si βίληται.

Τί. ἔτι ἰδρύεις; Γνα.
ἀπειμι. σὺ γὰρ χαρῆ-
σις ἔτι σκαῖος ἐν
χρῆσι & ἡρόμεν.

Tim. Etiam manes?
Gna. Abeo. Sed male tibi
vertet quod ex viro com-
modo tam sanus factus sis.

Gnathonides, ubi videt nihil à Timone obtineri
posse præter plagas, & contumelias, summa cum
indignatione discedit, insolitam hominis ferociam
admi-

admiratus, quo tam commodè usus fuerat antea, ἢ χαίρεις) non gaudebis i. e. dolebis, facti illius te poenitebit. Supra dixit, ἢ χαίρεις ἂν πῃ. Ligtes vocatur Rhetoricæ magistris. Sic & Homerus Iliad. 20. 'Οὐδὲ πῦρ οἷα Τρώων χαίρεις ἴσας χερσὶν ἴγχετο ἔλθαι. Notetur utrobique fut. Atticum pro communi χαίρεις vel χαρῶν. Est enim Atticis proprium ex gravitonis facere inflexa. ἔτα σκαῖς) 'Σκαῖς hic opponit τῷ χερσὶ. Sic vocatur homo commodis moribus. Benignum interpretatur Horatius, ut de Tigellio: Quippe bonus erat. Alibi σκαῖς & δέξιος inter se opponuntur. Vide pag. 158.

Τί. τίς ἔτις ἐστὶν ὁ
προσίων, ὁ ἀναφα-
λαστιάς, Φιλιάδης, κα-
λάκων ἀπώϊων ὁ βδε-
λυρώτατος. ἔτ' ἢ
παρ' ἐμῆ, ἀρετὸν ὅλον
λαβὼν, καὶ πῇ θυγατρὶ
προῖκα δύο τάλαντα
μισθὸν δ' ἐπαίνε, ὅποτε
ἄσαιτα με, πάντων σιω-
πώνων, μόν' ὅτε
ρεπνηεσιν, ἐπωμοσα-
μαι. ὠδὸν ἄπρον εἶ-
ναι τ' κύκλων, ἐπειδὴ
νοσηῶτα πρῶτον εἶδε

Tim. Quis hic est
recaluafter ille qui accē-
dit? Philiades, assentatō-
rum omnium execratissi-
mus. Hic cum a me solū-
dum acceperit fundum,
tūm in filia dotem talenta
duo, laudationis præ-
mium, cum me catentem
reliquis omnibus silenti-
bus solus supra modum
laudasset, deiecit me olo-
ribus longè magis cano-
rum, postquam me na-
per egrotantem vidit (nam
adieram opis indigus)

με, ἢ προήλθον Πι- plagas egregius ille viri-
 κρείας δεινῶς, pēgit.
 πληγὰς ὁ γυναιὶς προσετέτυνε.

Postquam discessu Gnathomides, accurrit velut ad prædam alter, nempe Philia des ejusdem placē farinæ homo, id est, ad assentationem factus, cujus ingratum animum & sordidas adulationes lepidè perstringit Trimon. ὁ ἀναφαλῶν) Describit eum à capitis deformitate, quod recalvafter esset, cujusmodi homines derideri solent, unde illud : πρὸν ἐρεῖ φαλῶν. Et nota est historia de Elisæo Propheta, 2. Reg. 2. Sed discrimen ponunt Grammatici inter ἀναφαλῶνισσιν & φαλῶν. hanc capitis glabritiem esse volunt, ad quam regendam πῖλον σφικνύσιν gestare solent seniores, vulgo calantæ vocant: illam solius frontis aut supercilliorum. βδελυγῶν) Characterismum hominis βδελυγῶν habemus apud Theophrastum. Vox ea impuritatem & fæditatem continet. deducitur enim ἀπὸ βδέων, ut hominem significet prostituti pudoris, & flagitiosè turpē. σέβας) Sic vocatur γαμβρὸν δῶρον, quod pater filiz dat, cum eam elocet: πρὸ τὸ σέβασιν εἰς τὸ γαμβρῶν εἶναι, ut vult Stephanus, quod in domum generi à socero præmittatur. ὁ δὲ κύων) hinc proverbium κύων καὶ σκύω pro dulcissima & ultima, de quo Erasmus in Chiliad. Dicuntur cycni instante morte mirandos quosdam cantus edere, quod ut omnium litteris celebratum est, ita nulli, ut credo, repertum. Certè testatur Athenæus lib. 9. Alexandrum Mndium tradidisse, multos se moribundos proscutum, sed nullius audisse cantum. Idem sentit Plinius lib. 10. cap. 23. & Jul. Scaliger contra
 Car-

Cardanum exercitat. 232. Non defuere tamen Philosophi nonnulli, qui hujus rei causam dare conantur, affirmantque id accidere propter spiritus per colulum procerum & angustum erumpere laborantes. Hinc Martialis:

*Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.*

Quin & Aegyptii, cum significare vellent Musicum lenem, *cycnum* pingebant teste Oro Niliaco in Hieroglyphicis. μέλι & ὑπερηφανία) Notetur etiam, quod & Theophrastus docet in charact. κολακείας, Philadem solum cæteris omnibus tacetibus laudasse Timonem, hoc est, ut proverbio dicitur, fulicam olori comparasse. Nec sine causa inquit: ὑπερηφανία. Nam & hoc adulatoribus proprium est supra modum laudare, nec tam encomiis suis ornare divites quam onerare. ἱππίνης φολκὺς eleganter supra vocavit. De isthoc hominum genere sic Juvenalis.

*Miratur vocem angustam, quâ deterius nec
Ille sonat quo mordetur gallina marito.*

κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν) Præpositio κατὰ in verbo suam habet emphasin. q. d. Non satis illi fuit verbis procacibus me inanem dimittere, sed & insuper plagas addidit, vel colaphos impegit. Atticum dicendi genus, ἐστὶν αὐτῷ κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν, vel absolutè ἐστὶν αὐτῷ pro, cadere. ὁ ἡλιόμορος) generosus ille per ironiam, ut supra. Atticus vicem præstat pronominis ἡλιόμορος.

Φί. ὦ τ' ἀναρχυ-
πίας. νῦν Τίμωνα γνω-
ρίζετε; νῦν Γναθωίδης

Phil. O impudentiam!
nunc demum Timonem
agnoscitis? nunc Gnatbo-

Φίλῳ καὶ συμπίτῃς ;
 πειραροῦν δίκαια πεί-
 πονθῆν ἔτῳ ἀχάρα-
 σῶν. ἡμεῖς δὲ οἱ πάλαι
 ξυνήθεις, ἔξυνέ-
 Φηβοι, καὶ δημόται, ὅ-
 μως μελεάζομεν, ὡς
 μὴ ὀπιπηδᾶν δοκῶμεν.
 χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅ-
 πως οὖν μισρὸς τέ-
 τας κόλακας φυλάξῃ,
 οὖν ὀπι τῇ τεραπίζῃς
 μόνον· τὰ ἄλλα δὲ παράκων ἐδὲν ἀφείροντας.

nides amicus & convida :
 enimvero digna se acce-
 pit, cum sit ingratus. At
 nos qui jam olim familia-
 res sumus, æquævi, ac
 populares, tamen modeste
 agimus, ne insilire videa-
 mur. Salve here, fac ut
 adultores istos observes
 nefarios, qui nusquam nisi
 in mensa adsunt: præ-
 terea à corvis nihil diffe-
 rant.

Philiades ut favori velificetur Timonis, Gnatho-
 nidem meritò ab ipso rejectum fatetur ob ingrati-
 tudinem ejus, ut de suo erga eum candore & benevo-
 lentia certus esse possit. ὅμως μελεάζομεν) en parasiti-
 cam modestiam. μελεάζειν hoc loco est modestatione uti,
 non insultare misero, opponiturque τῷ ὀπιπηδᾶν, vel
 ut alii codices habent, ὀπιπηδᾶν, quod idem valet. ὅ-
 πως φυλάξῃ) Defectivum loquendi genus, sed Atti-
 cum, pro ὅπως, vel μάλιστα σι. ὅπως φυλάξῃ. Exempla
 passim obvia. rectè interpres, fac ut observes. Μισρὸς) Sic
 ferè appellat adulatores, hoc est, sceleratos, & ne-
 farios. propriè μισρὸς sanguine pollutum significat, ἀμεί-
 νω, polluo. Hesychio exponitur, ὁ μερολυσιμὸς αἵματος,
 ἀκάθαρτον, sic locum corrigo, pro quo legitur αἵματος.

παράσιτος ; nullo sensu. τὰς ἐν τῷ τραπεζίῳ) vocat-
parasitos : qui bona summa putant alienā vivere quadrā.
τραπεζίαι olim appellatos fuisse tradit Plutarchus in
Sympos. Philostratus pro eodem dixit. τὰς ἐν τῷ τραπε-
ζῳ : Cicero omnium mensarum affeclas scitè appellat, qui,
ut Plautinus ille Gnatho ait, vocati, non vocati solent
esse in convivio.

ὅκ' ἐλπίσιν ἔτι
νῦν ἔδενί. πάντες ἀχά-
ριστοι, καὶ πονηροί. ἐγὼ
ἤ παλαιὸν σοι κομίζων,
ὡς ἔχοις πρὸς τὰ κα-
ταπείνοντα χρήσθαι, καθ'
ὁδὸν ἤδη παλαιόν ἤκα-
σαι ὡς παλαιῆς ὑπερ-
μεγέθη ἵνα παλαιόν.
ἤκατοι χαροῦνταῖς σε
εὐχρητήσων. καὶ τοὶ σύ γε
ἔτω σοφὸς ὢν, ἔδεν ἴσως
δεήσει τῷ παρ' ἐμῷ λό-
γων, ὃς καὶ τῷ Νέστορι
τὸ δέον παραινέσεις ἂν.

Nulli hominum huius
etatis est amplius fiden-
dum : ingrati omnes &
scelesti. At ego cum tibi
talentum afferrem, quo
ad urgentem necessitatem
uti posses, in via accepi
te summas quasdam opes
esse nactum. Proinde ve-
ni his de rebus te monitu-
rus, quanquam fortè ti-
bi me monitore nihil erat
opus, cum vel ipse Ne-
stor, si necesse est, con-
siliū dare queas.

Nemini fidendum esse monet Philiaides, quod ple-
rique omnes sui ævi homines essent sublesta fide &
improbi : se tamen unum ut sincerè amicum excipi
vult, (πράξις) Atticum est, pro πράξις, plurale pro

singulati Sicut omnibus fidere, stultum est: ita nulli fidere, inhumanum. Tamen cum tanta sit personarum amicorum turba, præstare ait Philiades, nulli fidere, quàm facile credendo rursus decipi. Nam ut ille inquit apud Theognidem: Πίστι Ζεῦ κατ' ὅλιον ἀπὸ τοῦ δὲ ἰσάμενος, id est, *Nimia fiducia pecunias amisi: diffidentia verò eas retinui.* τάλανον καὶ μίζαν, Duo fuere talentorum genera, quorum minus libras valebat sexaginta: majus octingenta. vide Caroli Gerardi Comment. ad Aristoph. Plutum. πρὸς τὰ κατηχημένα) supple, *πράγματα, rebus urgentibus, in urgenti necessitate.* τὸ κατηχημένον dicitur *negociumurgens*. Scit enim Philiades beneficium opportuno tempore collatum esse gratissimum, & bis datum censer, quod inopi datur promptè & ultro. Nam *nulla res* (inquit Seneca in lib. de benef.) *carius constat, quàm qua precibus emptæ est, & extorta potius, quàm data.* κατὰ τὸν Ἀττικισμὸν, ut supra, *αἰσῶδες αἰσῶδες*. Sic *furere furorem*, *servire servitutem* & alia Græcorum more dicunt Latini. ἀεὶ καὶ Νίκες.) Laudat Timonem à prudentia, eumque Nestori tantum non confert, sed præfert. Fuit Nestor Pyliorum rex, qui ob tria maximè celebratur ab Homero, quod esset omnium hominum vivacissimus, quod longo rerum usu prudentissimus: ac denique quod facundissimus. Unde ad Trojanæ urbis excidium non decem Ajaces, sed Nestores habere optabat Agamemnon, eo docens, plus in belle posse prudentiam, quàm fortitudinem, & *parum arma foris prodesse, nisi prudens domi consilium fuerit.* Tullius lib. 1. offic. τὸ δὲός) Interpretes vertunt, *si necesse est*, puerili errore. nam τὸ δὲός cum articulo *officium* denotat, quasi dicat Philiades Timonem tanta pollere prudentia, ut ipsum Nestorem sui officii commonefacere possit.

possit, quod est τὸ διὰ πνεύμα. Infra dixit, τὰ συμφί-
 ροντα καὶ τῶν.

Τί. Ἐσα ταῦτα ὦ Tim. Ita fiet Phi-
 φιλιᾶδῃ. πάλιν ἀλλὰ liades. Verum accede quo
 προσίθι, ὡς ἔσθ' ἐφί- te ligone comiter exci-
 λοφρονήσμεν τῇ δι- piam. Phil. Viri, caput
 κέλη. φ. Ἀνθρώποι, mihi ab hoc ingrato ef-
 κατὰ γὰρ ἔκρηξις ὑπὸ fractum est, propterea
 ἔκχαρξις, διότι τα quod illum que in rem
 συμφέροντα ἐνεργεῖεν illius erant, admonui.
 αὐτὸν.

Concessio seu approbatio ironica quæ sequitur. Ἐργὸ
 πῦρ) concedentis formula, sic eris, ita fiet, ut dicis.
 ἀλλὰ προσίθι) per illusionem παρακαλῶν, ut apud Terent.
 Ades (sum bone vir. φιλοφρονήσμεν τῇ δεινῇ) festivè quo
 παῖς Galli dicunt, caresser quelqu'un du coup de baston.
 ἄνθρωποι) ὁ viri. Quiritantis vox & opem implorantis.
 κατὰ γὰρ ἔκρηξις) Atrocitatem injuriæ declarat, cum
 caput sibi comminurum queritur. κατὰ γὰρ per dialysin
 Atticam ponitur, ἀντὶ τοῦ κατὰ γὰρ. Sic Aristoph. in
 Vespis:

Ἀνὴρ Συβαρίτης ἐξίππῃ ἐξ ἄρματος,
 Καί ποτε κατὰ γὰρ τὸ κεφάλιν.

id est:

Homo Sybarita nuper è curru excidit,
 Cadensque capite vulnus accepit grave.

τὸ κρηνίον propriè calvaria, rectè interpres caput inter-
 pretatur, ut patet ex Comici loco. Sic & Herodian.

ξίλαρ παθόντις καὶ ἑκατοντὶ ἐπιδόματα, quod politissimus.
veritit Politianus : fuste capiti illiso vitam finit.

Τί. ἰδὲ τρίτῳ
τῷ ὁ ρήτωρ Δημέας
προσέρχεται, ψήφισ-
μα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, ἑ
συγγρηῆς ἡμέρῳ εἰ-
και λείγων. ἔτῳ ἐκ-
καίδεκα πῦρ ἐμῷ τῷ
λαβὼν μιᾷς ἡμέρας ἐκ-
τίσας τῇ πόλει κατὰ δε-
δικας οὐ γάρ. ἔἰδεδετο,
ὅτι δόποδιδὲς, καὶ γὰρ
ἐλπίσας ἐλυσάμεν αὐ-
τὸν. ἐπειδὴ πρῶτον ἔλα-
χε τῇ Ερεχθίδι Φυ-
λῇ Διδομένην τὴν Γεωρι-
κὴν, καὶ γὰρ προσήλθον
αὐτῶν τὸ γυνόμενον,
ὅτι ἔφη γινώσκον πολίτῳ ὄντι με.

Tim. Ecce, tertius
hic orator Demeas acce-
dit, tabulas dextra te-
nens seque proficens mihi
cognatum esse. Hic una
die de meo sedecim talenta
civitati dependit, nam
damnatus erat, ac vin-
ctus. At quam solven-
do non esset, ego miser-
tus illum redemi. Porro
cum illi sorte obvenisset,
ut Erechtheidi tribui di-
stribuerat erariam, atque
ego adiens, id quod ad
me redibat, poscerem, ne-
gabat se civem me agno-
scere.

Tertius ad Timonem se recipit Demeas orator,
cujus ἀκαρίαι, & γνάθονικα: artes ingeniosè ob
oculos ponit Lucianus. ἀκαρίαι quod à legis san-
ctione differt; hic tabulae sunt, in quibus conscriptae
erant laudes & merita Timonis; vel quibus contine-
batur

batur decretum seu plebiscitum de antea ei erigenda statua, ut in sequentibus declarat. συστῆναι δὲ αὐτῷ Ἰωνί Græca sermonis structura, quam & imitatur Ovid. 3. Metam. *Rettulit Ajax. Esse Iovis pronepos.* Cognatum se esse fingit Timonis, quò facilius hominem auro emungat. *καυδιδίχου) damnatus erat*; nempe pecuniâ quam debeat civitati, eaque de causa victus. *ἡνδ καυδιδίχου ὀφείλει, condemnatus, additus*; Helychius ἀγὼνισμῶ. Sic dicebatur, qui abducendus condemnabatur, & in potestatem tradebatur ejus à quo ducebatur, ut de ipso possit facere, quod libitum erat. Liebat olim creditori debitorem confessum ob æs alienum venditare, & capitis supplicio afficere, tam apud Athenienses ex lege Solonis, quam apud Romanos ex lege 12. Tabular. quod cùm interitus videretur, postea in desuetudinem abiit, & pro trucidatione & sectione corporis debitorum astimatio judici permessa fuit. Salmas. ad jus Atticum. *αἰχλὴ λαχῆ* Verbum *λαχῆ*, ut & Hebr. *לָחַץ*, propriè *sortiendi* vel *sortes proficiendi* significationem habet: frequentius tamen accipitur pro *sorte* vel *sortitò obtinere*. Hinc Latinum *nancisci* è Græco *λαγχάνειν*, verso λ. in γ, ut docet Caninius. *τὸ λαχεῖν*) interpretes vertit *aratum*. propriè sic dicebatur pecunia, quæ pauperibus è publico ad emendam in theatro sedem erogabatur, quod est *τὸν ἀγοράζον* apud Theophrast. in charact. Helychius: *λαχεῖν ἀργύρου τὸ εἰς τὴν ἑλκὴν καὶ ἐν τῇ δὲ ὀφείλει λαχεῖν, ὅτι πέντης μετῆκεν τὸ λαχεῖν*. Pretium verò quod pendebatur spectaculorum conductoribus sive locariis erant duo oboli. Sic Libanius: *ἡμεῖς ἴδμεν δίδιναι δύο ὀβολούς, ἐπὶ τῇ ἑλκῇ*. Postea & in alios usus conversa fuit, præcipuè tamen theatrales, eratque distributio *μῆς*, nec omnibus & singulis di-

vide-

videbatur, ut vult Stephanus, sed tantum *ῥῆς θειότητος*, vel *θεωρίας*, quæ sibi *προδράμα*, vel alia ad sacrificia & Deorum honorem necessaria comparabant, ut ad hunc locum notat Bourdelotius. *τῇ Εὐχρησίᾳ*) Athenienses, cum non viderentur sibi satis una *Ἀθῆναι*, id est, Pallade nobiles, variis etiam sui populi partibus, hoc est, tribubus, nomina ab eponymis dedere. Erant vero *ἱερόνυμοι* heroes, primi scil. illi, quos suprema hominum memoria noverat, quique virtutis ergo statuas habebant Athenis. Et cum duodecim essent tribus, decem ex Apollinis oraculo à principibus suis seu regibus fama clatioribus nominatae, in quibus fuit tribus *Ερεχθίδει* ab Erechtheo rege nomen adeptæ, ut *Κεκροπί* à Cecrope, *Πανδίων*, à Pandione. &c. *τὸ μερίδιον*). Ita vocatur rata pars, seu debita portio, quæ alicunde provenit; sive lucrum ex negotiatione ortum. Subauditur nomen *μῆρ*, quod aliquando exprimitur. Xenoph. lib. 7. histor. Græcar. *ὃς ἂν ᾖ τὸ μερίδιον μῆρ* *αὶς εὐς Εὐπρεπίαι* *καὶ ἡ πόλις* *καταλείποντες ἀντικειψάτω τοῖς ἄρχουσιν*. id est, *Et ipsi quum partem ratam, quæ suo nomine debebatur Epæritis ex urbe coegissent, eam præfectis misere.*

Δη. χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος
 ἔχους, τὸ ἔρεισμα τῷ
 Ἀθηναίων, τὸ σω-
 βλημα τῇ ἑλλάδι. καὶ
 μὲν πόλις οὐδὲν ὅδε
 μὲν ξυμφερόμενον,
 καὶ αἱ βελαὶ ἀμφόπρου πεινῶσαι.

Dem. Salve Timon,
 præcipuum tui generis
 præsidium, fulcimentum
 Atheniensium, propu-
 gnaculum Græciæ; pro-
 fectò jam pridem te po-
 pulus frequens, & u-
 traque curia operitur.

Rhe-

Rhetor Demeas blanda & fucata oratione aggrodi-
tur Timonem præmissa salutatione, cumque magni-
ficis elogiis condecorat. ἱερὸς μὲν) Sic Pindarus The-
ronem appellat ἱερὸν Ἀκρογανῶν, Olymp. oda 2:
Et Athenas, ἱερὸν ἱμάδιον, *Græcia fulcimentum*, ad
quæ respexisse videtur Lucianus. Sumpta tralatio à
fulcris illis, quibus innititur & firmatur ædificium.
hinc Aristot. de part. animal. οἱ πόδες, inquit, ἔσονται
μῖνον ἱππομαῖες εἰν χέρον, id est, *pedes elephan-
to solum pro fulcimenta sunt.* περὶ βλακῆς) *propugnaculum*
hostibus quasi pro munimine objectum. Ita Home-
rus Ajacem vocat ἱερὸν Ἀχαιοῖν, *sepulcrum Achæorum*. Ex
Hæctor Τροίης κίων appellatur a Pindaro. Sunt enim
viri fortes tanquam εἰλεῖ & πόλιν, *columnæ & fir-
mamenta civitatum.* ὁ δὲ &c.) Refert porro De-
meas Senatum populumque Atheniensem jam du-
dum expectare Timonem, & suum in ordinem vel-
le cooptare ob ingentia ejus in Remp. merita, quæ
omnia ab ipso finguntur, ut homini incauto fucum
faciat. Solent enim adulatores, ut Theophrastus quo-
que notat in Charact. referre, quanti quisque fiat ab
omnibus, & narrare etiam ea, quæ nunquam ab aliis
aut dicta, aut facta sunt. ξυνολογῶν) Præter. Attic.
Hesychio, συνήμωρον, συνθηρομῶρον, in unum con-
gregatus. βελωδιῶν) Quingentorum sc. qui αὐ-
τῶν dicebantur, & Helixensium, de quibus postea lo-
quitur Demeas. Fuere plures Curie apud Athenienses.

Πρότερον ᾧ ἄκων Sed prius decretum au-
τὸ ψήφισμα, ὃ ἐπὶ di, quod de te conscripsi.
σὲ γράφω. Επειδὴ Quandoquidem Timon E-
Τίμων ὁ Εχεκράτιδος checratide filius Colytten-
κολυττε-

κολυπιδος, ἀνὴρ ὁ μόνον
καλὸς καὶ καλὸς, ἀλλὰ καὶ
σοφὸς, οἷον ἄλλος ἐν τῇ Ἑλ-
λάδι, ὁ ὅστις πάντα
χρόνον ἀφαιρῶν τῇ ἀ-
ρετῇ περὶ τῶν τῇ πό-
λει νενίκηκε ἢ πύξ, ἢ
πάλλω, ἢ δρόμον ἐν
ὀλυμπία μιᾷς ἡμέρας,
ἢ τελείῳ ἄρματι, ἢ
συναριδί παλικάῳ.

sis, vir non modo probus
& integer, verum et-
iam sapiens, quantum
alibi in Grecia nemo,
nunquam per omnem vi-
tam destitit optimè de Re-
publica mereri: præterea
pugilatu, luctu, cursuque
die eodem, adhuc solen-
ni quadriga, equestrique
certamine in Olympiciâ
vicit.

Decretum recitat Demeas, quo viri illius probita-
tem & bellicam virtutem mirificè deprecatur. νενίκηκε
ἢ πύξ id est. τῇ πύξι, hinc Pollucem Homerus vo-
cat πύξ ἀγαθόν, hoc est, pugillatu strenuum. Exerce-
batur pugillatus ille castibus tam apud Græcos, quam
Romanos, ut videre est apud Theocr. in ἡγεμῶνι,
& Virgil 5. Æneid. fuitque hæc concertatio disci-
minis plena, nec nisi viris fortissimis tentata, ut de
Darete & Entello ibidem legitur. ἢ πάλλω, &c.)
Gymnica quædam certamina hic recensentur à De-
mea. Notanda insolens constructio, νενίκηκε
καὶ δρόμον, pro πάλλω καὶ δρόμον, sicut postea tertio ca-
sui junctum dixit: νενίκηκε ἄρματι, καὶ συναριδί παλικάῳ.
Per τίλειον ἄρμα, curule certamen intelligit, quod
institutum fuisse legitur vigesima quinta Olympia-
de, non quod priscis Homeri temporibus ignotum
esset,

effert, sed quod tunc prius in Olympiam fuerit admis-
sum. *εἰς οὐρανόν*, sive quadrigas ea voce designari pu-
tat Budæus, accipiendo *εἰς οὐρανόν*, pro eximio &
amplo: vel pro equis iusta ætate & magnitudine præ-
ditis, ad differentiam *ἑ ἀβέλων*, qui dentem ætatis in-
dicem nondum eiecerunt. de quo Pausanias. 1.
Eliacōn. *συνορίδων πάλαι*) Interpretes vertit, *equestri*
certamine, generatim nimis, cum propriè sic dicantur
turbigæ pullorum equinorum. Pausanias *συνορίδων πάλαι*
appellat. qua voce etiam certamen ipsum conti-
netur, q. d. Demæas Timonem non modò quadriga
victorem exitisse, sed & biga. *Συνορίδων* vocatur duo-
rum equorum conjunctio, quasi *συνορίδων* à *συνάγειν* &
εὐζωγία, coniungo, ut docet Eustathius. Nec sine
caussa adjicitur *πάλαι*, quod *συνορίδων* nomine etiam
significentur bigæ mulares, quæ & *ἀπὸ τῆς*, hoc est,
ἀγῆς *ἢ ἐμὴς* *ζωγίας*, ut Pindari Scholiastes ex-
ponit.

Τί. Ἀλλ' ἐδὲ ἐθιῶρη-
σαι ἐγὼ πῶποτε εἰς ὀ-
λυμπίαν. Δη. τί οὖν;
θεωρήσεις ὕστερον. Τί
τοιαῦτα; πολλὰ προ-
σχεῖσθαι ἀμεινον. καὶ
ἡγεῖσθαι ἢ ὑπὲρ τῆς
πόλεως πύρρως πρὸς Ἀ-
χαρνέας, ἢ κατεψέ-
Πελοποννησίων δύο μοί-
ρας.

Tim. Aegone spe-
ctator quidem unquam
in Olympicis sedi. Dem.
Quid tum? Spectabis post-
hac. Sed ista communis
addi fatius est. Tum an-
no superiore apud Achar-
nenses pro Rep. fortissi-
mè se gessit, & Pelo-
ponnesiorum duas acies
concidit.

Timon

Timon audita laudum suarum recitatione, rudita-
 tem suam candidè fatetur, & adulatoriam Democ-
 rhetoricationem merito coarguit. *ὁ δὲ ἰθάρσας*) Si-
 militatione apud Theocrit. respondet pastor in eclo-
 ga, quæ *τοῖς* inscribitur: *καὶ πῶς τῷ ὀϊλάῳ ὡς ἰφ-
 Ἰαλυσίον ἰπῶσι*, Et quando ille oculis oleum conspexerat
πρῶτον; per oleum significatur certamen. solebant
 enim athletæ, quò membris evaderent durioribus,
 oleo se inungere certaturi. *ἰφίστασι*) Verbum *ἀετῶν*
 non tantum usurpatur de eo, qui rem fortiter in bello
 gerit, sed & qui vincit. Hinc *ἀετῶν* sunt viri rebus præ-
 clare gestis conspiciui & multarum palmarum, quibus
 deventur nimirum *τὰ ἀετῶν*, id est, victoriæ præmia.
τί οὐ) Rhetor, cum nihil haberet, quò putidam suam
 adulationem palliaret, nihil quicquam referre ait, si
 nunquam spectarit; fore aliquando tempus, quo
 spectet victoriaque potiatur, imò eò impudenter
 prolabitur, ut etiam *οἱς ἐπὶ τὸ βῆλος* ea audeat commemo-
 rare prælia, quibus nunquam interfuit Timon.
 Tales pleræque sunt Rhetorum nostrorum declamationes,
ὡς ἀνδρῶν & ad ostentationem seu pompam
 duntaxat compositz. *καὶ τὸ πρῶτον Πειλοποννησίαν*) Belli
 Peloponnesiaci, cujus hic meminit Democæ contra
 Athenienses, origo capit ex occasione trium mæce-
 tricæ, ut refert Thucydides. Quæ causa licet mi-
 nus honesta fuerit, tamen vetus est. & omnium
 scriptis celebrata, sicutamen ut & aliæ fuerint aliis
 memoratz auctoribus, de quibus præter Athenæum
 consulendi Plutarchus in vita Periclis, Diod. Siculus
 lib. 12. A. Gellius, itemque Aristophanes in Achar-
 nens. qui occasionem hinc sumpsit Comœdiam illam
 adornandi, quæ inscribitur *Ἀχαρνῶν*. Erat autem
 Acharnæ civitas Græciæ in Attica regione totius ejus
 tractus

tractus potentissima, apud quam Peloponnesios contu-
disse & victoria positum Timonem fingit Demeas. *ἐπι-
μαρτυρεῖν* militare verbum est & emphaticum. Dicitur
enim teste Eustathio *ἐπιμαρτυρεῖν*, de praedicatione, &
plus est, quàm *ἐπιμαρτυρεῖν* occidere. nam *ἐπιμαρτυρεῖν* sive sectio-
nem significat in corpus penetrantem, & *ἀφ' ἑαυτοῦ* (ἑαυτοῦ) vox *μαρτυρεῖν* hoc loco designat centum quoddam
militum *ἐπιμαρτυρεῖν*, pro quo *μάρα* dicunt Lacedæmonii
extrito 1. habebatque, ut Xenophon docet in Lacedæm.
republ. Polemarchum unum, centuriones quatuor,
quingentesimum praefectos octo, manipulorum duces
sexdecim, vel ut Diodorus Siculus tradit lib. 15. quin-
gentos milites.

Τί. Πῶς; Ἀλλὰ γὰρ
τὸ μὴ ἔχῃν ὅπλα, εἰδὲ
περιγράβω ἐν τῷ
κατάλογῳ. Δη. μέτρια
τὸ πρὸς σωτῆρα λέγεις.
ἡμεῖς δὲ ἀχάρεσσι αὐ-
τοῖσι μὲν ἀμνημονεύουσιν.

Tim. *Qua ratione?*
quippe qui nec unquam
arma gesserim, nec miles
unquam conscriptus fue-
rim. Dem. *Modeste qui-
dem de te loqueris: Nos
tamen ingrati futuri su-
mus, nisi meminerimus.*

Continetur his verbis alter *ἐλπίς* ἢ *ψαυδρῆς* ab
absurdo. εἰδὲ *περιγράβω* neque nomen dedi militæ.
περιγράβω ἐν τῷ *κατάλογῳ* dicuntur milites, qui sti-
pendia merentur. Pro eodem quodque Græci dicunt,
ἐπιμαρτυρεῖν, *μεταγράβω*, vel *ἐπιμαρτυρεῖν* ἢ *κατάλογῳ*. Ari-
stophanes in Equit:

Ἐπειδὴ ὁ πολίτης ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῷ *κατάλογῳ*,

Ὅστις δὲ ἀποιδῇ μεταγράβω.

Ἀλλ' ὅστις ἐν τῷ *κατάλογῳ*, ἰγχεῖται.

Ubi interpretes, *ἐπιτάξεις*, inquit, *ἀνέστησαν* *στρατὶς*, hoc est, *tabellæ*, in quibus describebant nomina eorum, qui stipendiis faciebant. Unde ei *ἐπιτάξεις* Demostheni dicuntur *μισθολογίαι*, qui statum exceperunt, quam *ἐπιτάξεις* vocant Graeci, *tabellæ* Latini. Inscribere vel delere militum nomina penes *ἐπιτάξεις* erat. hinc *ἐπιτάξεις* scriptus & *delatus* apud Livium lib. 7.

οὐκ ἔτι καὶ ψηφίσματα γράφω, καὶ συμβαλλών, καὶ στρατηγῶν, ἔμικρά ὠφέλησε τῷ πόλει. ὅτι τῆς τοῖς ἀπασιν δέδοκται τῇ βελῇ, καὶ τῷ δήμῳ, τῇ Ἡλιαίᾳ καὶ Φυλαίᾳ, ἔτι τοῖς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πάνσι, χρυσίου ἀναστήσει τὸ τίμιον αὐτῶν τῷ Ἀθηνῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, κεραιὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτίνιας ὅτι τῇ κεφαλῇ. καὶ σεφάνῳσι αὐτὸν χρυσῶς σεφάνοις ἐπὶ αὐτῷ, καὶ ἀνακηρυχθῆναι ὅτι

Præterea scribendis plebis citis, & in administrandis bellis, non mediocrem utilitatem attulit Reip. Quamobrem visum est omnibus, curiæ, plebi, magistratibus tributum, plebeiis singulatim, communiter omnibus, aurum statuere Timonem juxta Palladem in arce, fulmen dextra tenentem, & radios super capite habentem: eumque septem aureis coronis coronare, hasque coronas hodie in Bicchanalibus per novos Tragedos promulgari: si-

σεφά-

ἐφάνης σήμερον διο- quidem hodie illi Baccha-
 νυσίοις τραγωδοῖς και- nalia sunt agenda.
 νοῖς. ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δὲ τήμερον τὰ διο-
 νυσια.

Continuat palpando vanissimus Rhetor, Timo-
 nemque non bellica virtute solum, sed & consilio,
 rerumque militarium administratione haud exiguam
 Reip. utilitatem ac decus attulisse ait, quò gratiam
 ejus demereatur. ψηφισματι χεῖρας) plebiscitum, d. e.
 rogationem à plebe scitam ferens. Rogationes apud
 Romanos vocabantur leges illæ, quas rogante con-
 sule plebs sciscebat. Formula rogandi erat: *Velitis*,
jubeatis Quirites. Apud Græcos, præsertim Athenien-
 ses, siquid populo esset placitum, χειρὶς declaraba-
 tur, id est, *manuum elevatione*, quod postea Sena-
 tus auctoritate confirmabatur. δίδωται τῇ βουλῇ) Sci-
 ta ficio, sed adulationis plena, quam & in charact.
 suis notat Theophrastus. Nec Oratoriarum suarum oblitus est
 Demæas. Nam ut orator sæpe aliam personam facit
 loquentem, vel fidei causa, vel ut invidiam fugiat:
 ita & adulator ea narrat, quæ ab aliis de amico audie-
 rit, quæ nunquam audivit. τῇ Ἡλιαίᾳ) Erat Heliæ
 maximum Athenis tribunal, in quo publica publica
 judicia ultrò citroque causis agitaris tractabantur à
 mille quingentis primæ notæ civibus. Nomen accep-
 pit ab ἥλιος, quod locus ille sub dio esset & soli expo-
 situs. De Heliastis hoc singulare notandum, quod cal-
 culos haberent duùm generum, condemnandi & ab-
 solvendi, solidum unum, perforatum alterum. In-
 terpres tamen orationis ὁ Τιμοκράτης loco calculorum
 fabis usos fuisse scribit, nigris & albis, ut differrent,
 P. 2 quò

quod spectare putatur illud Pythagoræ monitum: *fabis abstineto*, quasi per fabarum abstinentiam non leguminis illius flatuosi & pudenda referentis usum interdixerit, sed significarit ei, qui velit in pace degere & fortunæ ictibus non subjici, ambitiosè Magistratus & dignitates non esse appetendas. *ἄνθρωπος*) Sic Virgil. eclog. 7. *Si factura gregem suppleveris, aëreas esto*, id est, *aurea tibi statua collocetur*. Viris de patria optimè meritis, præsertim Ducibus statuz erigi solebant. Quod cum apud Athenienses in Ceramico, vel prope Prytaneum fieret, Demeas nequid ingeniosæ adulationi deesset, honoratiorem ei assignat locum, nempe in arce urbis juxta Minervam, Jovisque Servatoris instar divino cultu prosequendum docet. Erat autem *ἀργυράριος* peculiari ratione aëx Athenarum, in qua ærarium fuit, & Pallados *παιδείης* simulachrum. *Διονυσίου*) deest præpositio *ἐν*. Dionysiacum festum apud Athenienses celebre fuit, omnique libidinum & comessationum genere refectum, cujus utinam hodie in Christianorum encœniis nulla extarent vestigia: Agitari solebat Athenis initio veris mense Elaphobolionis, qui in nostrum Martium incidit, nec annuum erat, sed trietericum in memoriam scilicet triennialis expeditionis, quam in Indiam suscepit Bacchus: licet Arrianus lib. 8. indubium vocet, an Bacchus unquam in Indiam venerit. *ῥαγυδὴς ἡρώδης*) Tragedorum quoque novorum meminit, quod tum maximus foret hominum concursus spectandi, novas fabulas cupiditate. Sic à Senatu populoque Atheniensi decretum erat, ut Demosthenes aurea corona donaretur in theatro, cum novæ Tragœdiæ agerentur.

Εἶπε τ' γνώμων Δη-
μέας ὁ ῥήτωρ συγγενὴς
αὐτῷ ἀγχιστρὸς , &
μαθητὴς αὐτοῦ ὢν . καὶ
γὰρ ῥήτωρ ἀριστὸς ὁ
Τίμων , & τὰ ἄλλα
πάντα ὅποια ἂν ἐθέ-
λοι . τὴν μὲν οὖν σοὶ τὸ
ψήφισμα . ἐγὼ δὲ σοὶ
καὶ ὅν ἐβελόμην ἀγα-
γεῖν ὡς σὺ σὲ , ὃν Τί-
μῳ σὺ ὀνόμαζες Τίμω-
να ὀνόμαζα .

Tulit hoc suffragium
Demeas orator, cognatus
illius propinquus, & dis-
cipulus. Etenim orator
optimus est Timon, pre-
terea quicquid voluerit.
Quare hoc tibi suffragium
attuli. utinam & filium
meum ad te adduxissem,
quem tuo nomine Timo-
nem denominavi.

Demeas, ut coeperat, ita assensando concludit. Modestiam suam declarat, cum se discipulum Ti-
monis profiteatur, quem oratorem vocat optimum. ῥή-
τωρ) Rhetoris voce, ut obiter hoc dicam, non so-
lum intelligitur, qui praecepta tradit bene dicendi,
sed etiam orator, qui in concione populi verba face-
re possit. Sic & Demosthenes ῥήτωρ appellatur. Et ῥη-
τορικὸς vocat Isocrates, τοὺς δὲ τῷ πλείονι λόγῳ δι-
δακτοὺς. Aliquando tamen vilius sonat, cum ῥήτωρ & δι-
μοσγωγὴ conjunguntur, in quos passim invehiunt Lu-
cianus noster & Aristophanes, ὡς ἐστὶν αἱ ἐπιλοαὶ) Haec
divitum prerogativa. Horat. 2. Serm. 3.

Quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam rex.
Et quicquid volet. De opibus loquitur.

ἀνδρὶ) Generale nomen per specialius restringit, vultque dicere, proximo se cognationis gradu contingere Timonem. αἰτῆτον) Dolere se ait Demeas, quod filium non adduxerit Timoni cognominem. Scit enim veterator gratiorem inter cognatos esse eum qui idem nomen gerit, talemque ab orbis infamiliam subinde adscisci, bonorumque heredem scribi. Plutarchus de amore proli. Ῥαγίας πάλαι γαμήει, ὅχ' ἰνα ἀλεγεινὸς ἔχῃεν, ἀλλ' ἰνα ἀλεγεινὸς δέσποιν. Vidit hoc, & in sua gente damnavit Cicero: *Hæreditatis spes quid iniquitatis serviendo non suscipit? quem nutum locupletis orbi semina non observat?* Hinc & Juvenalis de calibe: *Domineus tamen, & domini rex*
Si vis tu fieri, nullus tibi parvulus natus
Luferit Aeneas.

Τί. Ὡς ὦ Δημία, Tim. Qui potes illud Demeas, qui nunquam uxorem duxeris, γὰρ εἰδὲ γαμήμεναι, ὅδ' αὖ γὰρ ἡμᾶς εἰδέναι. Δη. quantum nobis scire licuit. αἰδᾶ γαμῶ, λῶ δὲ Dem. At ducam novo δῶ γίδε, ἐς νῦν, & ineunte anno, si Deus dederit: liberisq; operam dabo: γὰρ ἄρα, Τίμωνος, boitum quod nascetur (erit ἦδη καὶ ἄρ' αὖτε, autem masculus) Τίμωνος nuncupabo.

Timon hominis vanitatem, & insulsa mendacia porro eludit. αἰδῶ) supp. ἴστω, quantum scire licet. γαμῶ) pro γαμήσω. Demeas τὸ γαμῶ & καὶ δὲ νῦν, con-

conjungit ex Stoicorum doctrina; qui non nisi proli causa matrimonium ineundum esse præcipiebant. unde Seneca: *Cogites libidinem non voluptatis causa homini datam, sed propagandi generis.* Quod & in Catone suo agnoscit Lucanus: *Venerisque huic maximus usus, Progenies; urbi pater est, urbiq; maritus.* Hinc scitè Joca-
sta matrimonium appellat ἡδονῆς παιδοποιός, *voluptatem liberorum procreatricem*, apud Euripidem in Phœdriæ. ἡδονῆς παιδοποιός) en confidentiam Rhetoris. quasi de futura prolis sexu certus esset, audacter pronunciat. Nec sine causa id asserit. Scit enim inter liberos præferri masculos. Rationem dat Euripides in Iphigen. Ζῆλοι γὰρ ἵκεον παῖδ' αἰὲν ἄρσενος. *Domuum columina quippe sunt natimares.* Unde principum filios munimenta regni & præsidia dominationis appellat Tacitus in An-
nal. lib. 1. & histor. 5.

Τί. ὥκ οἶδα εἰ γε-
μήσεις ἔτι, ὦ ἄνθρωπε, τη-
λικαύτως παρ' ἑμὲ
παληλὴν λαμβάνων.
Δη. οἴμοι. τί τῶ; τυ-
ραννίδι Τίμων Πιπχει-
ρῆς, ἔ τύπηξες τὰς ἐ-
λπίδας, ἢ καθάρως
ἐλπίδας, ὡς αἰσὺς
ῶν; ἀλλὰ δώσεις ἐν
ταῖς τὴν δίκην, τί-
τις, καὶ ὅτι τὴν ἀνθρώπων ἐπέστηρας.

Tim. An uxorem tu
sis ducturus, laud equi-
dem scio, tanta à me pla-
ga accepta. Dem. Hec
mibi, quid hoc est rei?
Tyrannidem occipias Ti-
mon, pulsasque ingenuos,
ipse nec civis? verum pe-
nas dabis propediem cum
aliis nominibus, tum quod
arcem incendaris.

Demeas eodem, quo priores, excipitur modo, hoc est, verberibus. Quod cum agere ferret, ad ingenium se convertit sycophanticum. *τυραννίδι ἐπιχρῆσαι*) Tyrannidem occēptare dicitur, qui civibus liberis vim infert & injustam dominationem in eos exercet. Uti apud Romanos, ita & Athenienses grande nefas habebatur civem liberum indictā causa verberare. Contumeliam ejusmodi *αἰκία* vocabant Græci seu *αἰσχυρισμὸν*. hinc & *αἰκίας δίκη* apud eosdem. *ἐλαδῆτος*) sunt ingenui, qui in genere libertatem habent, non in facto, sicut liberti. & *καθ' ἑαυτὸν ἐλαδῆτος* appellat *qui non planè talis est*, ut Erasmus interpretatur, hoc est, non meram habens libertatem, sed mixtam, ut qui servo vel serva natus est: nec putè civis intelligitur, qui merè civis non esset Atheniensis, sed *hybrida*, ut Horatius loquitur, hoc est, patre Atheniensi natus, matre peregrina, aut vice versa. *ἀκρόπολις αἰετῆρας*) Incendii crimen, uti gravissimum est, ita & extremo supplicii genere plecti solet. Nam qui dolo malo incendium excitarat, gladio olim feriebatur: hodie juxta legem talionis incendio absumitur, qui incendium facit. Ejusmodi *incendiaris* Græci *καταφρονεῖς* vocant. Crimen exaggerat sycophanta, cum non domum privatam, sed arcem civitatis à Timone incensam calumniatur.

Τί. ἀλλὰ ὅτε ἐμ-
πίπρηται, ὡς μίαν, ἢ ἀ-
κρόπολιν. ὥς δ' ἄλ-
εῖ σικοφαιῶν. Δη.
ἀλλὰ ἔστω δαίμων, ἢ

Tim. At, o scelestè,
non conflagravit arx: pro-
inde palam est te calum-
niatorem agere. Dem.
Verùm effosso arario dives

ὁπιθόδομον διορύζας.
 τί. ὦ διώρυκ' ἔδ' ἔ-
 τ' ὦ. ὥς ἐ ἀπίθανά σε
 ἔ ταῦτα. Δη. διορυχ-
 θήσεται μὲν ὕστερον. ἤδη
 ᾗ σὺ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ
 ἔχης. τί. ἔκου' ἔ ἄλ-
 λω λάμβανε. Δη. οἱ-
 μοι τὸ μετὰ φρενεν. τί.
 μὴ κέκραχθι. κατίσω
 γάρ σοι ἔ τείλω. ἐπεὶ
 ἔ γιλοῖα πάμπαν πύ-
 θοιμι, δύο μὲν Λα-
 κεδαιμονίων μοίρας
 κατὰ κόψας ἀνοτάλῃ,
 ἐν ᾗ μιὰρὸν ἀνδρώ-
 πον μὴ ᾗ πτερίψας.
 μάτλω γὰρ ἀν εἴλω ἔ
 νενικηκὼς Ὀλύμπια πύξ, ἔ πάλλω.

factus es. Tim. Ne-
 que hoc effossus est. Hac
 etiam absurda dicis.
 Dem. Verum effodietur
 posthac. Interim verò
 omnia quæ in eo condita,
 possides. Tim. Alteram
 itaque plagam accipe.
 Dem. Hei scapulis meis!
 Tim. Ne vocifereris,
 alioqui tertiam tibi in-
 feram. Etenim res pla-
 nè ridicula mihi accide-
 rit, si cum inermis
 duas Lacedæmoniorum a-
 ctes fuderim, unum
 scelestum hominem non
 protrivero. Tum frustra
 vicerò in Olympiis pugila-
 tu, & lucta.

Criminis objecti falsitatem diluit Timon, meramque calumniam esse probat, quum aix civitatis nunquam conflagrârit. δ' ἄλ' ἔ σου κροῦσ' Attica σύνταξι. Constat vel certum est te calumniari, vel manifestè calumniaris Verbum σου κροῦσ' ab Atheniensibus tractum, & calum-
 niari significat. vide Carol. Gerardi observationes ad Aristophanis Plutum. ὁπιθόδομος) Sycophanta
 P 5 De-

Demas, cum incendii crimen nullo colore Timoni possit intendere, aliud comminiscitur non minus grave, *τιμωρίας*, & sacrilegii. Ita apud Aristophanem Blepsidemus Chremylum repente ditatum, conspiciens sacrilegii reum peragit. *κίλεφος*, inquit, *ὃ Δία ἐκείνην ἱκανὸν δόρυλον ἡγεσθὲν πικρὸν ἔστιν*. Fanum Apollinis innuit, ex quo tantum auri vel argenti ab ipso clam surreptum putabatur. *ὃ ἐπιδιδόμενον* proprie dicitur *τὸ ἐπιδοῦν*, *μέγεθός δέμου*. Peculiariter sic appellatur postica arcis Atheniensis pars, in qua publicum erat *ἱερουργοστάσιον*, cujus loci perpetuus veluti custos erat *ἐπιτολῆς*, ut patet ex Aristoph. Pluto. *αἶμας ἐὸν μετὰ φρεσίν*) Quid sit *μετὰ φρεσίν*, non satis à veteribus expucatum. Videtur esse interstitium illud inter scapulas lumbosque, ubi renes adhærescunt, quasi *ὃ μὲν τὰς φρεσίν*, *πονε προκordia*, ut exponit Eustath. quæ tergi pars plagis inferendis opportuna est. unde Homerus Iliad. β. *Ζηήμερος δὲ μετὰ φρεσίν ἰδὲ καὶ ἄνω πλάγι*. Galenus *περὶ εἰσχυμῶν* scribit dorsum sive tergum continere omnes partes collo subjacentes, à cuius utroque latere sunt *ἀκρωτιάται* sive scapulae, quarum media pars *μετὰ φρεσίν* dicitur. *κίλεφος*.) Per syncopen, pro *κίλεφος*, ut *ἀνισχυ* pro *ἀνισχυ*. Ab anormi *αὐτοῦ* vociferor, cui verbo *παχόντι* quandam inesse docet Demetrius Phaleræus. *τὸν τριτὸν*) *αὐτοῦ*. Illudit homini Timon *ἐμὲ μίμνεν*. Quos supra Peloponnesios vocavit generaliori nomine, hic Lacedæmonios fuisse dicit. Erant autem Lacedæmonii Atheniensium hostes, ut qui de Græciæ principatu cum illis certarent. *αἶμα νικητικὸς*) pro *νικητικὸς* periphrasi Atticâ. *καὶ τὰ Ὀλύμπια*, pro *ὃς ὁ Ὀλύμπιος*. Olympia vincere pro Olympicam victoriam reportare etiam dixit Horatius Græco more. *κίλεφος*

ἀδελφόν) per contemptum. Diminutivis enim utimur vel blandiendi gratia, vel ad vilipendium nostrum declarandum.

Ἀλλὰ τί τῶν; ὁ
Θρασυκλῆς ὁ φιλόσο-
φος ἔστίς ἐστιν; ὁ μὲν
οὐκ ἄλλος. ἐκπύ-
σις γὰρ τῶν πάγων.
καὶ τίς ὁ Φρῦς ἀναί-
σχος, ὁ βρεθνόμενος πρὸς
αὐτὸν, ἔρχεται,
παιῶδες βλέπων, ἀ-
νασσομένης τὴν ἡπὶ
τῷ μὲν πρὸς κόμῳ, Ἀν-
τιόχου περὶ, ἡ τε-
των, οἷος ὁ Ζεῦς ἔχραφεν.

*Sed quid hoc? amon
Thrasycles philosophus hic
est? profecto ipse est,
promissa barba, subdu-
ctisque supercilis, et
magnum quiddam secum
murmurans, accedit, Ti-
tanicum obtuens, coma
super fronte crispata,
Autoboreas alter, aut
Triton, quales Zenxis
pinxit.*

Accedit tandem Thrasycles philosophus, quem suis coloribus ingeniosè depingit Lucianus, captatâ scilicet occasione hoc genus hominum pro more vellicandi. Nec immeritò Quid enim indignius minusque ferendum in sapientiæ doctore, quam supercilium & improbitas, virtutis professione personata? οὐκ ἄλλος τῶν πάγων) Proprius character philosophorum, qui barbam promittebant, ut tanto viderentur austriores & venerabiliore. Hinc Persius: *Barbatum crede veneratum* Dicere. Sat. 4. Socratem designat qui παρρησιό-
φους erat, uti & Græca testatur Comœdia. Et Horatius

tius de Stertiniis: Solatus jussit sapientem pascere bag-
bam. βασηνύγαιος eisdem appellat Lucianus, qui pas-
sim deridet eos, qui præter barbam & pallium nihil
haberent philosophi. Festivè Bagoas in Eunuchis ait:
Si philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam lau-
dem ablaturos. Nec minùs facetum illud Herodis Attici
dictum in philosophum palliatum, crinitum, barba ad
pubem usque porrecta: Video, inquit, barbam. ac
philosophum non video. τὰς ὀφρῦς ἀναίσιμας) Irascentium
vel superbientium est. Fastum enim indicant super-
cilia, ibique sedem habet superbia, ut docet Plin.
lib. 11. cap. 37. Solent autem placidi homines &
modesti remittere supercilia, quæ fastuosi & irati
contrahunt, vel attollunt. βροθυρόδρῳ) Sic Aristo-
phanes in Nub. Socratem inducit βροθυρόδρῳ ἐν τοῖς
ἰδίῃς, qui locus etiam citatur à Laertio. βροθυρόδρῳ He-
sychio τέρῳ, ubi corruptè legitur τέρῳ. hic βρο-
θυρόδρῳ ab eodem Grammatico exponitur, μέγα φθ-
νῶν, ἐκείνῳ. Murmuris seu fremitus significationem
hic continet. Sic in Hermot. philosophos incedere
facit Lucianus τὰ χεῖλη ἀφροσύνης ἐξέχει ἐκ τῆς
ἐξουσίας. Daniel Heinsius vir ingeniosissimus philoso-
phi nostri habitum gestusque ad vivum expressit in
suo peplo, ubi in Stoicum quendam jocatur lepidis-
simo carmine.

Τῶν Στοικῶν ἀνδρῶν πρὶς ἱεραιέας, ἀφροσύνης
Ὀφρῦν ἀμφότερῳ πεποιησάμεν,
Ἐκπλάσσει τὸ θῆκος ἰσοκρίων, ἐκπλάσσει
Ὅς σάκῳ, ἐκ κεφαλῆς ἐκ πύλας ἐκπλάσσει,
Βροθυρόδρῳ εἰκόντι περιούσιον ἰνὸν κατ' ἀκρῶν
Πολλὰ σφιστῶν καὶ παρεδολογῶν.

Τικνῶντι βλίπνι) Proverbialiter dictum de eo, qui
torvo tetricoque est vultu. quod loquendi genus etiam
usurpat in Icaromenippo. Terribili enim adpectu
fuisse

fuisse perhibentur veteres illi Titanes. Sic dicuntur, non ἄλλοι τ' εἰσιν, id est, ultione, ut notat Servius ad 6. Æneid. sed ab Hebræo מִן לֵטֶם quâ denotatur lutum, velut è terra vel luto nati, quemadmodum & gigantes dicti γίγαντες eandem ob causam. ἀναισθη-
 ρῆς τοῦ πόντου) Interpres vertit, coma super fronte cris-
 spatâ, Erasmi. Casariem per scapulas fluentem ventilans.
 Budæus, Coma sursum rejectâ; alii, perturbatam habens
 comam. pro diversa significatione verbi, de quo vide
 Budæum & Stephanum. αὐτοβόριος) ipse vel alter Bo-
 reas. Philosophum hunc proluxa barba crinibusque
 insignem Boreæ & Tritoni comparat, qui à Zeuxide
 pictore celebri feruntur depicti comâ super fronte
 perturbatâ sicut diffusa. τὸ χαρπὺν tam pingendi, quàm
 scribendi significationem habet. hinc χαρπὶ modò pro
 scripturâ, modò pro picturâ accipitur apud Græcos.

Οὗτος ὁ τὸ χαῖ- μα ὤσπελ' ἤς, καὶ κῶσ- μι τὸ βαδισμα, καὶ σωφρονικὸς τ' ἀναβο- λὼν, ἔωθεν μυρία ἄ- σαι πρὸς δρετῆς διεξιών, καὶ τ' ἡδονῇ χαιρόντων κατηγορῶν, καὶ τὸ ὀλι- γαρκίς ἐπαμνῶν.	Hic habitu frugalis, incessu moderatus, ami- ctu modestus, mane mi- rum quàm multa de vir- tute differit, damnans eos qui voluptate gau- dent, frugalitatem lau- dans.
---	---

Personatam hujus Philosophi sanctimoniam por-
 tò describit ab externo corporis habitu sive cultu,
 qui frugalitatem & modestiam præ se ferebat. τὸ χαῖ-
 μα

μα εὐπλῆς) Hefych. dicitur : εὐπλῆς ἐνδεδεμένος, qui decenter ornatus est. Sic in Herm. philosophos idem Lucianus inducit, κατὰ μέτρον βελτίονος καὶ ἀναβιβλῆντος εὐπλῆς, à τῷ εὐ significante ordo, *instruo*. νόμος τὸ βέλτερον) Subintell. καὶ προpositio, supra dixit : κατὰ μέτρον βελτίονος, in Sectis, qui *moderate & composito gradu* incedit, ut decet virum gravem & sapientem. σφραγιστὴς πλὴν ἀναβιβλῆντος) qui frugalitatem pallio præferret. ἀναβιβλῆντος pro pallio usurpatur, ἀπὸ τῆς ἀναβιβλῆντος, quod in utrumque humerum rejiceretur. Paulo ante dixit : ἀναβιβλῆντος εὐπλῆς, in loco è Sectis allegato. Erat autem philosophorum amictus à communi diversus, magisque ad modestiam compositus. *μυρία ἴση*) Notanda elegans significatio particula ἴση, quæ adjectivo postposita vim habet adverbii *λίαν*. Sic Aristoph. in Pluto: ἔχλῃ ὑπερφανὲς ἴση, id est, *turba ingens & conferta admodum*. hic *ἡνωμασμένους* exponitur : *mirum quàm multa, quæ ἡνωμασμένους* Stoicos præcipuè norat, qui de virtute multis disceptabant, sed eam moribus suis non exprimebant : in quos etiam invehitur Juvenal. Sat. 2. τὸ εὐλιγερὲς) frugalitatem, & animum paucis contentum significat, quam virtutem miris item elogiis jactitabant οἱ δὲ Στωῖς, quibus tamen nihil usquam erat satis.

Ἐπειδὴ λυσάμενος
ἀφίκοιτο πρὶ τὸ δεῖ-
πνον, καὶ ὁ παῖς με-
γάλλω πλὴν κύλικα ὀ-
ρέξεν αὐτῷ, τῷ ζωο-
τιμῷ ὃ χαίρει μάλιστα,

At ubi lotus ad cæ-
nam venit, puerque in-
gentem illi calicem porre-
xit (meraciore autem ma-
xime delectatur) perinde
ut Lethes aquam ebibens,
matutinis illis sermonibus

καθάπερ τὸ Ἀῆθης ὕδωρ *maximè contraria facit,*
 ἐπιών , ἐραυλώεται *dum mihi instat prieri-*
 Πηδάλκῳ) τοῖς ἐωθι- *pit obsonia , & proxi-*
 τοῖς ἐκείνοις λόγοις , *num opposito cubito ar-*
 παρὰ πάλιν ὡσπερ *cet.*
 ἱκῆνται πρὸ ὄψα , καὶ τὸ *πλησίον ὠδραγωγῶ-*
 ζόμενοι , *ζόμενοι*

Levitatem & temulentiam damnat in hoc philoso-
 pho. *λευτέρῳ* (*ἀφίπτε*) Splebant veteres , prius-
 quam coenarent , lotionē uti , tum nitoris , tum vale-
 tudinis causa. Aristoteles , ut refert Athenæus lib. 5.
ἀπρὸς αἰνὰ φασιν , ἄλυσιν καὶ κρηττοτέρῳ ἔκον πλεονέκῃ *ἐν*
τὸ συμποσίῳ , hoc est , *indecenter facere eum , qui illo-*
tus & pulveris plenus ad convivium accesserit . *μαγάλῳ*
τὸ πάλιν) Nescio quid Burdelorio in mentem vene-
 rit , qui *μαγάλῳ* hic nomen calicis esse putat , idque
 simili probare conatur ex lib. 1. Æneid. ubi *spumantem*
pateram dixit poeta , non *ingentem* , quod sciam .
 Quam hic *μαγάλῳ* vocat *πάλιν* , Nestoreum scyphum
 nominat Lucianus in sect. ubi de philosopho itidem
 loquitur temulento . *ὁ δὲ δάσκαλός σου ὁ βέλτερος* , *ὁ ὅστις*
σάβας *Νεστόρεον* *ἔνα κρηττοτέρῳ αὐτῷ* . Poculi istius vasti-
 tatem describit Homerus Iliad. 13. *ζοῦγῆρ ὃ χαίρει*
sc. ποτὶ εἰνῶ . Sic ille apud Homer. Iliad. 1. *ζοῦγῆρ*
ὃ χαίρει , *meracius misce* . quem locum expressit Ca-
 tullus : *Inger mi calices amariore* . Per calices ama-
 riores intelligit meraciores , vel *vetustioris vini* : Quod
 enim in vīno aqueum est tempus tandem consumit ,
 Et notum illud Diphili : *τὸ ὕδατος ἄπαν* , *εὐτ' ἴα τῇ*
ψυχῇ κρηττον , *quicquid aqua dilutum est , anima nocivum*
est.

οἶσ. Hinc Veronensis poëta: *Abite lymphæ Vini perniciosæ.* ιντίνⓈ) Ingluviem, & voracitatem hujus pseudophilosophi designat, cum milvo ipsum comparat. Scribit Plinius lib. 10. *rapacissimam esse alitem semperque famelicam.* Unde & ἀρπυ dicitur ἀπὸ τῆς ἀρπαζόν, quod est, *raptare*. Impudentia simul & rapacitas hujus avis elucet in hoc gulone, qui ut solus potiatur obsonio, proximè assidentem cubito propellit, quod est *παραγκονίζεσθαι*, ab ἀγκών, quo *cubitus* denotatur. Sic Martialis de superbo convivatore & importuno: *Cubitisque trudit hinc & inde convivæ Effultus ostro sericisque pulvillis.* τὰ ὄψα) Interpretes *obsonia* vertunt. Sæpe tamen peculiariter eo nomine pisces intelligunt Græci, præsertim Attici, quo & imitantur Latini, Terentius & alii. Hinc ὀψοφάγος: sive *obsonivorus* sunt, non qui carnibus supra modum delectantur, aut aliis eduliis, sed qui pisces ad insaniam usque appetunt. Glossæ: ὀψάριον, *pisciculus*. Usus rationem dat Myrtilus apud Athen. initio lib. 7. Cum varia, inquit, obsoniorum sint genera, solus piscis id nomen obtinuit διὰ τὴν ἐξαιρῆναι ἰδιωδὴν, quod eximius sit cibus.

Καρύκης τὸ γρήιον
ἀνάπλεως, κυνηδὸν
ἐμφορέμενⓈ. Πικε-
κυφῶς, καθάπερ ἐν
τῇ λοπαίσι πλὴν δρετλῶ
Ὀρήσιν πεσοδοκῶν,

Mento condimentis ὀπ-
pleto, dum canum ritus
ingurgilat, & prono cor-
pore, ac si virtutem in
patinis sese inventurum
speret: dumque catinōs

ἀρεβῶς τὴν τρύβλιαν *indice digito diligenter*
 τῷ λιχανῷ δασυμή- *extergit, ne vel paulu-*
 χων, ὡς μηδὲ ὀλίγον *lum alliatu edulii relin-*
 ῖ μνηστῶ κατὰλίποι. *quat.*

Hominis ἀδελφῶν pluribus amplificat. κρεῖνους)
 Condimenti genus erat, quod Galeus apud Hip-
 pocrat. exponit λέδο. ἰδίωμα πικίλον, id est, Lydium
 edulium varium. Aristoph. interpreς κελίαν interpre-
 tatur, ut ventrem fuisse significet exquisitioribus con-
 dimentis apparatus. Budæus simpliciter exponit
subitaneum jussuli esculentioris. κρηδόν). Canis in morem.
 Nihil enim canes gulosius, nihil impudentius, ἀκροτά-
 τῳ animal sibi que soli retinet, quod habet. nisi for-
 te excipias canes Memphiticos, qui dicuntur rapinas
 in medium conferre & communiter vivere, si fides
 habenda Eliano. ἐν λοιπῶν τῶν δόκτ.) Festivè. Simi-
 li ratione vinolentum deridet philosophum Lucianus
 in Hermot. ἀπὸ τοῦ γὰρ ἐν πυθμίνι δυνάμις ἐστὶν ἡ θεὸς κρηδόν-
 ψαι τὸ φιλοσοφίας ἀγαθὸν ὑπὸ τῇ τρύβλῳ ἐστίν, id est,
Nam plane in fundo dolii sub ipsa face mihi visus est Deus
philosophia summum bonum abscondisse. τῷ λιχανῷ) i. e. di-
 gito indice, sic dicto, quod cum in obsonia immixtum
 lingimus ad condimentum explorandum, λέγομεν ἡ λιχανῶν,
 hoc est, à lingendo. Hesych. λιχανὸς ἡ κῆρ & μέλαν δ' ἀ-
 πλοῦ & χεῖρ. Sic locum emendo, in quo κῆρ præpositio
 desideratur. τὰ τρύβλια δασυμήχων.) Pro eodem in Gal-
 lo dixit: τὰ τρύβλια ἀειληχῶν. Ejusmodi catinorum
 exteriores sive limbores Eubulus Comicus scire ap-
 pellat λοιπὰ δασυμήχων vel λοιπὰ ἄχων, id est, *gurgites &*
pernicias patinatum. ἡ μνηστῶ) τὸ μνηστῶν, quod At-
 ticum

ticum est pro *μυστικόν*, verso & in *τ*. Hesychius & Aristophanis interpretes *μυστικόν* esse dicunt, *ἀπὸ ἀμύγδαλιν*, hoc est, *intritum ex alio*, adhibitis & aliis condimentis, nempe caseo, ovo, oleo, aceto, sic dictum, quod odor ejus esset *μυστικόν*, hoc est, *versandum*. *Moretum* nonnulli interpretantur, quod ex Graeco deductum, quasi *μωστικόν*, ut vult doctissimus Caninius.

Μεμψιμοῖρος αἰεὶ,
ὡς τὴν πλακοῦντα ὄλαν,
ἢ τὴν σὺν μὲν τὴν ἄλ-
λων λάβοι, ὅ, ἢ περ λι-
χνείας καὶ ἀπληστίας ο-
φελῇ. μέθυς, καὶ
παροῖν. ὡς ἄχρις
ὑδῆς καὶ ὀρχηστῶν μό-
νον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας,
καὶ ὀργῆς περιεῖν.

Semper querulus, quasi
deteriorem partem accepe-
rit. vel si totam placenti-
am, aut suam solam omni-
um accipiat, qui quidem
edacitatis, & insatiabili-
tatis est fructus, temulen-
tus, vino insanus, non ad
cantum modo, saltatio-
nemque, verum ad convi-
cium usque & iram.

Querulum insuper & rixosum hominis ingenium, pravoque mores indicat, τὴν σὺν) porcellum intelligit saginatum, qui magnatum seu ditiorum mensis inferri solet. *μελὸν σὺν* appellat Homerus. *λιχνείας*) Hoc quid sit, satis aperte declarat Lucianus in avido isto ligutitore, qui cum philosophus esset, ostendit se magis palato sapere, quam cerebro, & eruditorem habere linguam, aut gulam, quam mentem. *μέθυς*) simpliciter ebrium significat, *παροῖν* petulantem ex ebrietate. Hinc Athenæus: *ὁ παροῖν οὐ τὸ μέθυ γίνεται*. Can-
tus

tus & saltationis quoque meminit, quæ Homerus vocat ἀσθμάματα δαιτὸς, i. ornamenta convivii. Odyss. 1. Saltatio etsi in convivii veterum, ut res honesta, fuerit admissa, tamen cum vitiosa sint multa saltationum genera, certè philosophum minimè decebat tripudiatio. Notum est illud Ciceronis pro Muræna: Nemo falsat sobrius, nisi forte insatiet: neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto; in tempestivo convivio, amoeni loci, multarum deliciarum comæ est extrema saltatio.

Καὶ λόγοι πολλοὶ
 Πρὶ τῆς κύλικος. τότε
 δὴ καὶ μάλα περὶ
 σωφροσύνης καὶ κοσ-
 μιότητος, ἔταῦτα
 φησὶν ἤδη ὑπὸ τῆς ἀ-
 κέραις πνήρως ἔχων,
 ἔπορευλίζων γε-
 λῶι. ἅτα ἑμὶ Πρὶ τῶν τούτων.

Adhæc multus inter
 pocula sermo: tum enim
 maximè de temperantia,
 & sobrietate verba facit,
 idque cum jam à mero
 male affectus ridiculè bal-
 butit. Accedit his deinde
 vomitus.

Τὸ δὲ πρὸς hominis ob oculos ponit, qui tunc ma-
 ximè de temperantia & sobrietate disputat, cum bel-
 luatur, nihilque minus quàm temperantiæ studet.
 ἰπὶ κύλικι id est, inter calices, ἰπὶ πνεύματι dixit Theo-
 phrastus in charact. Prudenter Horatius lib. 2. Seim.
 Sat. 2.

Discite non inter lances mensasque nitentes,
 Cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum

Acclinis falsis animus meliora recusat :

Verum hic impraei mecum disquirete. cur hoc?

Dicam si potero, male verum examinat omnis

Corruptus iudex.

Casaubonus ad Suetonii Augustini *Aretalogos* dicit
ait ejusmodi philosophos, qui in convivio lautio-
rum quæ frequentabant, de virtutibus & virtus disce-
prabant. Seneca *circulatores philosophos* appellat. *πολύ-
γος* (ἐχθρὸς) Notant Grammatici vocabulum *καίματος*, si
de homine misero & afflicto dicatur, primam acueret.
Si autem de improbo & malo, ultimam hinc *καίματος*
(ἐχθρὸς) de corpore dicitur male affecto, quod tamē ubiq;
verū non est. *καίματος* (ἐχθρὸς) *aliquantulum balbutiens*, quod
vel à natura est, ut in Alcibiado, cujus *καίματος* deridet
Aristophanes in Vespis: vel à nimio potu, ut Thrasycli
nostro accidit, cujus ebrietatem porro exaggerat, cum
vomuisse eum dicit, quod cū, ut rem fœdissimam,
in Antonio exagitet Tullius, quanto minus feren-
dum in philosopho, in virtutum doctore? qui *talis*
verois Hercules invadit.

Καὶ τὸ πλεοναξίον,
ζεαῖδροί τινες ἐκφέ-
ρουν αὐτὸ ἐκ τῆ συμ-
ποσίας τῆ αὐλητικῆς
ἀμφοτεράς ἐπὶ πλημ-
μύρον. πλεοναξίον δὲ
νήφωρ ἐδενὶ τῶ πρω-
τίων ὡς χωρήσειεν

Postremo sublatum il-
lum de convivio efferunt
aliqui, ambabus mani-
bus tibicine inkerentem.
Quanquam alioqui ne
sobrius quidem ulli pri-
mas partes cesserit, vel
mendacio, vel confidentia,
vel avaritia. Quin

αἰν, ψῶματ' ἐνε- inter assentatores primas
 κα, ἡ θρασυτήτ', ἡ tenet, peierat promptif-
 φιλαργυρίας· ἀλλὰ εἰ sumè, anteit impostura,
 κολάκων ἐστὶ τὸ πρῶτον, comitatur imprudentia. In
 εἰ ἡ γοητεία περὶ γαῖαν, summa vir est omnisfa-
 καὶ ἡ ἀναισχυντία παρο- ria sapientia cumulatus,
 μαρτυρῶν καὶ ὅλως πάν- omni ex parte exactus,
 σοφον τὸ χεῖμα, εἰ varieque absolutus. Qua-
 πανταχόθεν ἀκλεβές, re licet sit modestus, bre-
 εἰ περικλῶς ἐπαλῆς· οἰ- vi ejulabit.
 μῶξ' ἐ) τριγάρου σὺν εἰς βακχεὶν χησὺς εἶν.

Refert porro Timon, quomodo Thrasyclem è con-
 vivio perpotum efferre coacti fuerint, ut insanam
 hominis temulentiam magis ob oculos ponat. εἰσφέρειν
 αὐτὸν) Ciceroni est, auferri de convivio. Anti-
 phanes Comicus, εἰσφέρειν εἰς πόντον pro eodem dixit.
 Notandus & hic elegans lusus in verbo εἰσφέρειν, quod
 ut de aliis rebus, ita & de funere usurpatur. Signifi-
 cat eum non secus ac cadaver de convivio elatum
 fuisse Nihil en. ferè distat ebrius à mortuo, qui terræ
 mandandus effertur. Virgilius de Græcis Trojæ no-
 æu clam occupantibus. Invadunt urbem somno victoribus
 sepultam. 2. Æneid. ἐπιλαμβάνουσιν αὐτοῖς) supp.
 χερσὶ præterit. Atticum verbi ἐπιλαμβάνουσιν, quod est,
 apprehendo, innititur. Festivè dictum à Plauto in Pseu-
 dolo : Magnus hoc vitium vino est, pedes capiat pri-
 mum; Lucator dolosus est. αὐλατῆς) Notandum Ve-
 teres olim in symposiis suis adhibuisse tibicinas, e-
 rantque ut plurimum foeminae nundinati pudoris,

ut ex Aristophanē discimus. Tibiarum verò acroasma ut animum reficit, ita & perturbationes capitis merito incalescentis adjuvare creditur. Anacharsis aliquando interrogatus, *num in Scythia essent tibicina?* respondit: *ne vires quidem.* Eo significabat vir sapientissimus, quæ ad tibiam fiunt saltationes, reliquasque ejus generis voluptates è vinolentia nasci. Laetius l. i. c. 9. πάντοθεν τὸ χεῖμα) Virum designat omnigenâ sapientia cumulatum, quem cæ τῇ φιλοσοφίᾳ πάντοθεν vocat Laetius in Democrito. τὸ χεῖμα in admiratione ponitur & excellentiam quandam denotat, quæ per superlativum commodè à Latinis significatur. Ita Xenoph. de Cyro: καταβάλλει εἰς ἱλαφον πολὺν χεῖμα καὶ μέγα, id est, *cervum jaculo sternit longè pulcherrimum & maximum.* ἐιμώξετο ὑπὸς μακρὰν) Ineptè Erasmus: *non ejulabit clariùs.* pro, *non longo post tempore, hoc est, brevi ejulabit, in eis maculis hæbit.*

Τί τῆτο; παπαὶ, χροῖνι ἡμῖν ὀρεσσυκλής. Ὁρ. & κτ' ταῦτα ὡς Τίμων τοῖς πολλοῖς τῆτοισι ἀφ' ἑγώ, ὥστε οἱ τ' ἀλλήτων σὺ πειρηπὶς, δέγμεν, καὶ χρυσίς, καὶ δειπνῶν πολλῶν ἐλπίδι σιωδεδραμήκασι, πολλῶν

Quid hoc? pape, tandem nobis Thrasycles? Thras. Non hoc animo ad te venio, Timon, quo plerique isti, qui nimirum tuas opes admirati, argenti, auri, opiparorum conviviorum spe adducti concurrunt, multam assentationem exhibituri apud te, hominem

τῶν

τὴν κολακίαν. Παρὰ *simplicem*, & de rebus
 ξήλωται πρὸς αὐτὰς, *suis facile impertientem*.
 οἶόν σε ἀπλοῖκόν, καὶ τὸ ὄντων κρινωτικόν.

Admirationis affectum exprimit Timon, cui Thra-
 sycles respondet subdola iniquatione utens, εἰ δὲ παρὰ
 τοῖς πηλείοις) Avaros intelligit, & plebeios homines,
 quibus in admiratione sunt opes. De his ita Juvena-
 lis: *Qui mirantur opes; qui nulla exempla boni Taurontis*
esse putant. δῶκεν πολυτλῶν) Parasitos innuit, quos
 δουλολόχους vocat Hesiodus, Latini cœniperæ (πιδου-
 λῶχοι) Erasmus vertit, *delinunt*: rectius Professor
 Salmurienſis: *exhibentur*. de futuro enim sermo est.
 ἀπλοῖκός) Sic vocat *virum simplicem*, δῶκεν, cui ver-
 ba dare facillimum sit: contra δῶκεν appellant Græ-
 ci *virum duplicem* & *versipellem*, quo nomine Ulys-
 sem insignit Horatius Carm. lib. i. Od. 6. 7 ὄντων)
 Laudat Timonem à liberalitate. Liberalis enim ho-
 minis est, ut philosophus docet, εἰ τὰ χεῖροσιν εἶναι
 μετῴδικοις. Unde virum bonum Menander scitè ap-
 pellant ἀγνόν ἀγαθόν, hoc est, *commune quoddam bonum*,
 ut qui non uni aut alteri, sed pluribus prodesse
 cupit.

Οἶδα γὰρ ὡς μάλα
 μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἰκα-
 νόν, ὄψον δὲ ἡδιστὸν θυ-
 μόν, ἢ κάρδαμον, ἢ ἔ-
 πι πτερυφώλῳ ὀλίγον
 τὸ αἰλῶν. ποτὶν δὲ ἢ

Scis enim offam in cœ-
 nam mihi sat esse, opso-
 nium verò suavissimum,
 ceram, aut nasturtium,
 aut si quando lubeat eru-
 lari lautius, paulum sa-
 lis: potum verò ex fonte

ἐνεάκρηνΘ. ὁ δὲ τρι- *novem fistulis scaturiente*
 βων ἔτΘ, ἥς βέλεις *constare: tum hoc pallium*
 πορφύρεονΘ αἰμαίνων. *qualis purpura potius.*
 πὸ χρυσίον μὲν γὰρ ἔ- *Nam aurum nihilo ma-*
 δέν τιμιώτερον ἢ ἐν ταῖς *gis apud me est in precio,*
 αἰγιαλοῖς ψηφίδων *quam calculi qui sunt in*
 μοι δοκεῖ. *littoribus.*

Frugalitatem & victus sui tenuitatem, adeoque a-
 nimi celsitudinem in contemnendis opibus philoso-
 phicè hic jactat Thrasyclus, quo Timonem illaqueet
 incautum. αἱ μᾶζα) duplex erat maza apud Veteres.
 Una quæ confici solebat ex farina, sale, lacte vel
 oleo, quandoque etiam vino subigebatur, nec hu-
 manis solum usibus dicata, sed & Diis sacra fuit.
 Altera ex farinâ, sale & aqua tantum fiebat. στυφίον
 ἄρτον appellabant nonnulli, hoc est, austum panem.
 Galenus lib. de aliment. eam postponit pani ordea-
 ceo, multumque habere ait πικρῶς & καυσῶς. No-
 men accepit ἀπὸ τῆς μάστιγος, quod pinsendo subigatur,
 nihilque aliud est, quam farina conspersa & subi-
 cta. Unde & Latinum *massa*, verso ζ in duplex ff.
 ut ὄβρυζα, *obryssa*. De posteriori hoc panis genere
 loquitur Sophista, dum vili parvoque victu se con-
 tentum esse prædicat. θόρον) vilissimum plantæ ge-
 nus. *ceram agrestem* nonnulli interpretantur. herba est,
 ut medici tradunt, nec visu, nec esu commenda-
 bilis: acrimoniam tamen habet ad irritandam ἄρτον &
 edendi appetitionem. *Copis* autem *vesci* dicitur, qui te-
 nuiter & illotè vivit, quod Hesiodus per *malvam* &
asphodelum significavit in operib. ἢ ἀσφάδαν) Tradit-
 Xeno-

Xenophon veteribus Persis in pretio fuisse *nastur-*
nium, eoque obsonii loco usos, lib. 1. *ἐστὶ κέρει πικρὸν*.
 cujus rei causam hanc fuisse putant nonnulli, quod
 herba illa vim habeat *ἰσχυρὸν καὶ ἔριον, ὅτι καὶ πικρὸν*
μάγειν. Apud Persas autem, ut ex eodem discimus li-
 bro, turpe erat palam mejere, vel nasum mungere,
 aut spuerere. Hac item herba tenues & parci vitam,
 utcunque sustinebant. *ἀλόν, καὶ ἀλόν*) Horat. 2. Serm.
Cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. Sali vis
 inest contra putredinem, cibisque saporem conciliare
 Unde *ἰσχυρὸν ἀλόν* passim appellat Homerus, propter
 summam ejus necessitatem & utilitatem. Persius
Est tibi sibi sibi modicum, & parum sine labe salinum.
 q. d. victus sufficiens. *ἡ ἀσκήσιος*) Nomen est fon-
 tis cujusdam Athenis sic dicti a novem fistulis, è qui-
 bus aqua saliebat. *νεγυὶς* enim *scatebra*. Hesychius
πηγὴ esse ait, *ἢ ἀσκήσιος καὶ ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν*. apud quem
 corruptè legitur *ἰσχυρὸν*. Egrege in hanc senten-
 tiam scripsit Varro de liberis educandis apud No-
 nium: *Vel maxime illic didici, & sitiensi videri aquam*
mulsum: & esurienti panem cibarium, siliginem: &
exercitato somnum suavem. *ἡ δὲ πικρὸν*) Pallium com-
 mune erat Græcorum omnium gestamen: ut *toga*
 Romanis. Tamen inter *πρίστους* philosophorum, & e-
 legantiorum in Græcia civium discrimen fuisse Salma-
 sius ostendit in Notis suis ad Pall. *ἡ δὲ ἰσχυρὸν*) Fa-
 teor fuisse philosophorum nonnullos, qui aurum &
 argentum contemserint, adeoque in profluentem ab-
 jecerint, ut liberius philosopharentur: sed Thrasy-
 cles noster sub personâ vilipendere se simulat, quæ
 maxime appetebat. In tales rectè olim pronunciavit
 Simonides: Etenim rogatus, *utrum res esset optabilior, di-*
visio, an sapientia? dubito, inquit, *ut qui videtur sa-*

pientes frequentare divitum fores. eo innuens philosophos plerisque verbis quidem contemnere divitias, sed re eas captare. quo tamen nomine reprehenditur à Platone lib. 6. de Republ.

Σὺ δ' αὖτ' χάριν ἐπέλῃν, ὡς μὴ διαφθέρῃ σε τὸ καίκιον τῶν καὶ ὑπερβολότατον κτήμα ὁ πλεῖτον, ὁ πολλοῖς πολλαῖς αἰνέσων συμφορῶν γενηιδύς. εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον εἰς τὴν θάλατταν ἐμβαλεῖς αὐτὸν, εἰδὲν ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ οὔτα, καὶ τὸ φιλοσοφίας πλεῖτον ὁρᾶν διωαμίδῳ. μὴ μύροις ἐς βάθος ὡς γὰρ, ἀλλ' ὅσον ἐς βεβῶτας ἐπιμβάς ὀλίγοι παρὰ τὸ κυματῶδες γῆς, ἐμὲ ὁρῶντες μόνον.

Verum tua ipsius gratia hac me contuli, ne te corrumpat pessima & insidiosissima possessio divitiarum, quippe quae multis saepenumero immedicabilium malorum causa extiterit. Etenim, si me audies, potissimum opes universas in mare projicies, ut pote non necessarias bono viro, quique Philosophie possit opes perspicere. Ne tamen in profundum, o bone, sed ferme ad inguina usque ingressus, paulo ultra fluctuosum littus, me uno spectante.

Finem adventus sui non alium fuisse ait Thrasy-
cles; quàm ut Timonem in tanta rerum opulentia
offi-

officii sui commonefaciat. *ἰσάλλω*) id est, *ὑπερίσθω*, deque eo usurpatur qui sponte venit, non missus, quod veræ amicitiz *πικμίεσσι* esse docet Isocrates orat. ad Demon. Sic rectissime, inquit, tractabis amicos, si non expectes, dum te rogent, sed ultro cūm tempus postulat, eis opem feras. *ἕτοις οἰς βυβῶνας*) usque ad inguina seu pube tenus, quò mox eas auferat. Est autem *βυβῶν* medicis inguen ad femora summa, cū *βῦ* particula intendente sig. ificationem, quod & *ἵππος* facit in aliis: & *βῦ* *τὸ βῶναι*, incedo, quod gressum juvare creditur.

Εἰ ᾗ μὴ τῷτο βῶλῃ,
οὐδ' ᾗ ἄλλον τρόπον ἀ-
μείνω καὶ τὰχ' ἐκ-
φόρησον αὐτὴν ἐκ τῆς
οἰκίας. Ἐμὴδ' ὁβολὸν
αὐτῷ ἀνῆς, διὰ διδῶς
ἀπασιν τοῖς διοιδόμοις.
ὧ μὲρ πέντε δραχμας,
ὧ δ' ᾗ μνᾶν. ὧ δ' ᾗ τάλαντον.
εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, δι-
μοιρίαν, ἢ τε μοιρίαν
φέρειας δίκαιον. ἐμοὶ
δ' ᾗ, καίτοι οὐκ ἐμαυτῷ
χάριεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅ-
πως μετὰ δ' ᾗ τῶν πύρων
τοῖς διοιδόμοις, ἱκανὸν εἶ

Sed si hoc nolis, tu eas
alio potiore modo, confe-
stim ex aedibus ejicito, ac
ne obolum quidem tibi re-
liquum facias, largiens
quibuscunque opus est,
huic quidem quinque
drackmas, alij minam,
alij talentum. Porro si quis
erit Philosophus, equum
est ut duplam, triplamve
portionem ferat. Mibi
autem, quanquam mea
ipsius gratia non postulo,
sed ut amicis siquis indi-
gent, impertiam, saterit,
si peram hanc, ne duos
quidem integros modios

οἱ ταύτῳ τὴν πῆραν *Ægineticos capientem*,
 ἐμπλήσας ὀψίχοις, *plenam præbueris*.
 ἃ ὅλας δύο μεδίμνας χωρεῖται αἰγινήλευς.

Aliud consilium suggerit veterator, si forte prius illud non arrideat, nimirum ut opes suas viritum distribuat pro ratione personarum & indigentia singulorum. Philosophis tamen sibi que imprimis cautum, vult, quos æquum iudicat duplam aut triplam portionem ferre. πέντε δραχμας) Continebat drachma præsertim Attica sex obolos. μῦν sive mina Attica, quæ diversa est à libra, valebat nostrate moneta decem & septem Caroleos cum dimidio, ut vult Iunius. Διπλασίον) *duplam portionem*. Διμίστος in hæreditate dicitur, qui ex bese hæres est; τετράμίστος, qui dodrantem accipit; ὀλίμυτος, qui ex asse hæres. Consultatur Budæi eruditissimus libellus de Asse. τὴν πῆραν) Hujus capacitatem festivè innuit Thrasycles, cum eam vix duos modios Ægineticos capere asserit. Continebat *medimnus* (quæ mensura erat aridorum) octo & quadraginta choenicas, sive centum & octo libras teste Polluce. Fuit agricolis frequentior quam aliis ob magnitudinem. Ægineticus dicitur ab Ægina insula & urbe circa Peloponnesum, quæ maris aliquando imperium obtinuit, & bello Persico in navali certamine cum Atheniensibus de palma certavit, ut refert Strabo lib. 8. Unde & de mercibus mensurisque Ægineticis crebra mentio apud Græcos scriptores.

Ὁλιγαρχῇ δ' ἐ μὲν Εὐμ enim qui philo-
 τερον χρῆσθαι τ' Φι- sopkatur convenit paucis

λοσφειῶτα, ἔμηνεν *esse contentum*, nihilque
 ὑπὲρ τῆς πέρας φρο- *ultra peram cogitare.*
 νήν.

Sobrietatem in philosopho commendat, & vitam
 paucis contentam. *μηδὲν ὑπὲρ τῆς πέρας φροῦν* pro-
 verbum est, *non ultra peram cogitare*, de quo Eras-
 mus. Hinc discimus, cuiusmodi esse debeat philoso-
 phorum vita, nempe frugalis, parca, & ab omni stre-
 pitu & ambitione remota, qualem Diogenes nobilis
 ille Cynicus egisse legitur, unico contentus pallio, ba-
 culo quo canes abigeret, dolio velut domicilio utens,
 crudis item herbis & aqua simplici victitans. Ad
 quem cum accessisset Alexander Magnus, generosa
 oratione sic regem affatus dicitur: *Ποτ' ἡμετέραν*, inquit,
πλείους ἐγὼ, ego qui *ultra peram* & baculum nihil desi-
 dero, an tu, qui patrio non contentus regno, tot periculis te-
 met objicis, ut latius imperes, adeo ut vix totius terrarum
 orbis tua cupiditati videatur satis futurus? *πέρας καὶ βά-
 τεον* philosophorum erant insignia, praesentim Cyni-
 corum.

Τί. ἐπαγνῶ ταῦτά
 σε ὦ Θρασύκλεις. ποῶ
 γοῦν τ' πέρας εἰ δοκῇ,
 Φέρε σι τὴν καφάλλω
 ἱμπλήσω κενδύλων,
 Πημετρήσεις τῇ δι-
 κίλῃ.

Tim. Equidem ista
 quae dicis probo Thrasy-
 cles. Ergo si videtur, prius-
 quam peram expleam, tibi
 caput pugnorum iētibus
 orplebo, insuperque au-
 ctarium ligone dabo.

Appre-

Approbat Timon sapiens philosophi dictum, sed perspectam habens ejus hypocrisin pro pera caput ipsi pugnis opplet. *κινδύλον*) Erasmus vertit *tubera*, ex consequenti, quod propriè est *κινδύλῳ*, à recto *κινδύλῳ*. At *κινδύλος* pugnus est, unde *κινδύλιζον*, *pugno ferire*, pro quo Attici dicunt *κινδύλος ἐστὶν ἄνθρωπος*, à quo distat *κινδύλιον*, verbum sacris scriptoribus usitatum, proprièq; exponitur de ictu qui virga aut baculo seu fuste incutitur. *κινδύλιον* enim *virga, bacillus*. *ἐπιμαρτυρῶν*) est auctarii loco aliquid addere. Et jocosè subdit, *τῇ δυνάμει*, ut supra, *φιλαργονίσματα* *οὐ τῇ δυνάμει*, per ironiam sarcasticam.

Θρ. ὦ δημοκρατία,
καὶ νόμοι, παρόμεθα
ὑπὸ τῷ κατὰργίῳ ἐν
ἐλευθερίᾳ τῇ πόλει. Τί.
τί ἀναγκάστῃς ὦ κατὰ
θροσύνη; μὲν
ὡς ἀνέκρεσμαι σὺ; ἔ
μεν ἐπιμαρτυρῶ χοι-
νας ὑπὲρ τὸ μέτρον
πίττας.

Thras. O populi Im-
perium, & leges! à ne-
fario homine in libera ci-
vitate pulsamur. Tim.
Quid stomacharis ὦ bo-
ne Thrasycles? num te
defraudavi? Atqui men-
sura chænices quatuor
adjiciam.

Exclamatio cū indignatione. *ὦ δημοκρατία*) Sic exclamat, quod Atheniensium regimen esset populare, ubi libertatis potissimum ratio habetur. quanquam verius loquendo politica illa *ἀντιβασίς* quædam fuerit & labes Reipubl. nihilque aliud quàm tyrannis multorum caput. Unde Demosthenes, cū iret in exilium,
con-

conversus ad Arcem sublati manibus dimisse fertur:
O domina castas urbis Minerva, cur tribus molestissimis ho-
stis delestis? nocturna, dracōe, & populo? Erat enim po-
 pulus Atheniensis velut intractabilis quædam bellua
 optimo cuique infesta. Nocturnam & Dracōem p̄o in-
 signibus habebat. *νοκταγερρον*) Translatum hoc ver-
 bum ab iis, qui in rebus appendendis alteram lancem
 ex æquilibrium frastolenter impellunt digito, ut in al-
 teram partem vergat. Unde *συναρπάζοντες* apud
 doctissimum Grammaticum, qui chœniœ aliquem de-
 cipit. Est autem *chœnix* mensura secorum, *ἡ χœνις*
 Alexarcho sive *dimensum diurnum*. Sextarium Cæsar ver-
 tit, qui quatuor panes facit ego die sufficientes uni
 viro, ut ad Aristop. *Lystratam* notat Florens Christia-
 nus. Facere hic ad *καθίδου* transfert Lucianus.

Ἄλλὰ τί τῷ ; πλ-
 λοὶ ξυέρχονται. Βλε-
 ψίας ὁκῖν, καὶ Λά-
 χης, ἔ Γνίφων, καὶ ὅλως
 τὸ συνάγμα τῶ οἰμα-
 ξομένων. ὥστε τί σὺ
 ὅτι τὴν πύργον ταύ-
 τὴν ἀνελθὼν, τὴν μὲν
 δίκαιαν ὀλίγοι ἀνα-
 παύω πάλαι πεπονη-
 κῆας, αὐτὴς δὲ ὅτι πλεί-
 οντες λίθους. Συμφορὴ-

Sed quid hoc est? Com-
 plures simul adveniunt,
 Blepsias ille, & Laches,
 & Gniphon, in summa,
 eorum agmen qui vardu-
 labunt. Itaque quin ego
 in rupem hanc conscendo,
 ac lignem quidem jam
 dudum fatigatum, pau-
 lisser interquiescere sumo?
 At ipse congestis plurimis
 saxis, procul in ipsos gran-
 dino? Blep. Ne jace,

αις, Πιχάλαζαί πῶρ Timon, abimus enim.
 ῥῶθι αὐτὰς; Βλ. μὴ Tim. At vos nec sine
 βάλλε ω Τίμων. ἀπὶ sanguine, nec sine vulne-
 ρῶν γάρ. τί. ἀλλὰ οὐκ ribus abibitis.
 ἀναμῶν γε ὑμεῖς, ὅς ἀνδραγαθῶν.

Timon abasto Thrasycle reliquos denso agmine
 accurrentes sycophantas & fumi venditores eo, quo
 decet, modo à se repellit. Atque ita. colophonem
 imponit festivissimo huic dialogo Lucianus. Nos iti-
 dem hominis ferociam barbarosque mores jam du-
 dum pertæsi vela colligimus finemque commentatio-
 ni nostræ imponemus. Tu quisquis es Lector, si quis
 quoque nostra Captus amore, leget, opellam hanc phi-
 lologicam æqui bonique consule, quam ut ego
 candidus impertior, ita tu si φιλόλογος es, be-
 nevolus ea uteris ac fruearis.

E R R A T A.

Pag. 73. l. 6. pro quò lege quo. p. 74. l. 1. in Schol.
 liis pro αυι lege αυε. p. 91. l. 29. pro maculas lege ma-
 tulas. p. 98. l. 23. pro rapre, lege rapere. p. 114. lin. 5. in
 Schol. pro λῖνοι lege λῖνοι p. 116. lin. 5. Schol. pro
 προpositio lege προpositio. & tolle comma. p. 118. lin.
 9. in Sch. pro cutim lege cutem. p. 138 l. 20 ferunt lege
 conferunt. p. 161. l. 5. pro ὀργαῖ l. ὀργαῖ. p. 169. l. 6. pro
 ἄν l. ἄν. p. 177. l. 2. in Schol. post conspiciendam adde se.
 p. 181. l. 9. in contextu Græco pro χασι lege χεσι.
 p. 183. l. 28. pro Δάπιδα lege Δάπιδα. p. 216. l. 17. pro
 bello l. bello. p. 219. l. 19. pro לבר lege לבר. & ibid.
 l. 22. pro γ. lege γ. Si quæ præterea non satis expres-
 sa, typis id vetustioribus ac pænè detritis imputa
 Lector.



I N D E X

Rerum & verborum in hoc Dialogo,
& Scholiis maxime insignium.

A.

Α' μαθ' τύχη. pag. 155	Ε' ἀναρεῖ χρίον. 26
Α' γαντ' πείθ. 117	Ἀεροβελισμός. 23. & 200
Ἀγάπη. 89	Ἀκρόπολις peculiari sensu. 228
Ἀγαστρον. 142	Ἀλφειά. 166
Ἀίχμη. 198	Amicitiae fucatae character. 36. 38. 39
Ἀδελφὴν quàm latè pateat. 20	Ἀμφιψύχης. 106
Adulationis descriptio. 203. 209. 212. 214.	Ἀναίδεια in quibus laudanda. 68
Ætates quatuor cur fictæ poetis. 28	Ἀνάκλειον. 65
Athenæ in quot partes divisæ. 54	Ἀναλείναντες ἰσχυροί. 226
Atheniensium resp. qualis. 254	Anaxagoras an Atheus. 62
Αἶψα. 23	Ἀνάληψις τῶ ἐσφύν. 75
Ἀγῶν πύξιας. 55	Ἀναπικτομένη. 103. 183
Ἀισχυλὸς κισσούτης. 11	Ἀνάκτορον. 119
Ἀἴλη Cyclopum sedes. 104	Ἀνακύπτοι. 197
Ἀπλείων θυρῶν. 138	Ἀναφαιλασίαι. 212
Ἀμφοῖ τῶ ὄργω. 22	Ἀιαρτῶν ἐν τῷ δόμῳ. 37
	Ἀισχυλὸν τῶ νόμῳ. 237
	Ἀνακρίων ποιητῶν. 123
	τὸ Ἀντιφῶν, ὑπερβολικῶς. 86
	Ἀισχυλὸν. 180
	R
	Ἀι.

I N D E X.

Ἀθηναίους.	ibid.
Ἀνίστασθαι.	176
Animi bona διαφάρεται.	165
Ἀντιβρογίαν.	18
Ἀοιδίμος.	13
Ἀπαλάττωμα.	194
Ἀπαρτίαν.	163
Ἀπείρηλος.	118
Ἀπίσβη, παθηκῶς.	14
Ἀπολείκας ἀνὴρ.	247
Ἀποδοκίμασι.	149
Apollinis Delphici templum opulētissimum.	185
Ἀποστομῶσθαι.	62
Ἀποστῆναι τὸ πόνον.	156
Ἀποτρέπτειν θάνατον.	40
Ἀποφρεῖν ἡμέραν.	191
Ἀργύριος κεραυνός.	11
Ἀναθήματα.	186
Ἀναλίκος.	171
Ἀρετὴς πάρος.	208. 209
Aristidis abstinētia & paupertas.	122
Ἀριακίς.	41
Ἀρετὴς παιδῶν.	93
Ἀρίστος quādo Plutus.	127
Ἀσκαρδομυκίς.	82
Ἀστροπηγίς.	8
Ἄστυ.	54
Attica regio petricosa	147
Auri encomium.	181
Cur ponderosum.	180
Cur Soli dicatum.	ibid.

B.

Βαθυκῆτος.	131
Βαρύβρομος βρογίαν.	11
Βαρεῖς ἐν πῶν σκελεῖν.	128
Βίαιοι.	22
Βοηδρομέην.	33
Βυθυστήν.	48
Bourdelotii hallucinatio.	130. 142. 239
Βροχούσθαι.	236
Βροχούσας cur Plutus.	107
Βροχός.	202

C.

Canis in præsepi.	82
Canum fides & vigilantia.	34
Ἄρεσθαι.	224
Cereri sacerdotem alere.	94
Χαρμανδία quid Grammaticis.	16
Χειρωναγία.	145
Χειρὸν δίκαιον.	22
Χλαμύς.	173
Χοῖνιξ.	255
Cleon Atheniensis ob flagitia notatus.	146
Cocles vir Roman. unde dictus.	104
Cœnæ nomen quid requirat.	195
Communicationis schema quò valeat.	91. 131
Con-	

Consultatio res sacra.	68
Ιαλό.	45
Creditoris olim in debi- torem potestas.	219
Βιλοφός.	24. 78
Bened. Pererii lapsus.	103
178. 201. 216. 219. 223	
Beneficiū opportunè da- tū, bis datū censetur.	216
Βόρεα.	204
Βυβών.	251
Χεῖρ singulari notione.	
125. & 240	
Χρυσόχρεα.	110
Χρυσὴ ἀνασῆσις.	228
Cycni an canant ante mortem.	12

D.

D αίς.	16
Dan. Heinsii laus.	9
& 236	
ἐὰ Δίον.	216
Δικάνυχος περιουσία.	34
Δίλειαρ.	117
Δίλτϙ.	122
Διξιῦλξ.	195
Deucalion ubi regnarit.	
25. diluvium ejus qua- le. 27. nominis ratio.	26
Δημίτω qui.	192
Δίαυλα.	189
Dixarii fures.	ibid.

Διακορίαις.	64
Διακρίνουλξ.	176
Διάσια.	48
Διὰ τὸ διακρίλιν θρασιδίη.	141
Διάχρονϙ.	134
Diffidentiae præceptū.	216
Diogenis Cynici vita qua- lis.	244
Διοῦσια.	228
Dionysii Tyranni sacrile- gia.	31
Divitiæ res adiaphora.	162
vitiorum causæ.	152.
153. Invidiam conci- tant. ibid. citò quæsitæ rarò justæ. 106. Injustè partæ, haud diuturnæ. 127. Pessimis ferè con- tingunt. 123. Cur vulgo suspiciantur. 139. Fluxæ sunt & inconstantes. 162	
Divites φιλοσοφία	172
Dii nutu & verbo poten- ter omnia agunt.	178
Dii laborantibus adsunt.	ibidem
Δίχρητα.	70
Διδόγραμβϙ.	205
Διφθέραι.	54
Διψαλίϙ.	85
Δορυφορέν.	140
Drachma Attica.	252
Δέρμων.	116

Δυσάντητον θίασος.	40
Δυσκάρηκος Πλῦτος.	140
Δυσκολία.	195
Δυσφύλακτος.	55

E.

Egestas mater frugalita-	
tis.	99
Η' pro ισί.	67
Ηλιαία.	227
Ηφία.	77
Η' βηδ'ον ἐμώζον.	167
Εἰρισία τῶν κίτρων.	177
Εἰς τὸ ἄπαξ.	103
Εἰσηγῶν τ' τόμω.	197
Εκχρόμβη.	4
Εκχρεία.	22
Εκκηβόλος.	14
Εκκλησιαστής.	165
Εκκωφῶν τὰ ὦτα.	21
Εκπιλάσκει τ' πάγων.	235
Ελαγία ἄδων.	207
Ελαία βαμός.	189
Ελαδύρεσι.	232
Εμβρογνῆτοι.	9
Εμμεγκές.	202
Εμπυργινῶν.	84
Ενάυα.	44
Εἰάπομυ.	41
Εἰδιαιτῶν.	189
Ενιάρηκος fons.	249
Εξιλάσκει.	110

Εξέν.	82
Εξωρος.	115
Εκασατείται.	16
Εκπῶσεν.	210
Εκπινεῖν.	254
Epimenidis somnum dor-	
mire.	44
Επικρυφός.	46
Επὶ κισθαλῶ.	173
Επὶ κισθαλῶ βαπτίζων.	196
Επὶ κύλικι λόγος.	243
Epicurus cur τὸ αἰσθητικὸν	
Deo adimat.	160
Επιπλάζων.	59
Επίσημος χροσίσος.	180
Epuhetorum non semper	
ex decore usus.	9
Επιτίβειν.	157
Επιψηφίζων.	197
Επιτίθειν τ' Δία.	68
Επίχρος.	29
Επίχρουν φάρμακον.	136
Εκφίρειν ὃ συμποσίω.	245
Επίχρυσος ἀμυρφία.	136
Εφίκοις Iupiter.	8
Ερῶν quid.	201
Erasmi παρηγορητικ.	246.
254.237.223.216.15.	
24.5777.78.103.178.	
201.213.	
Εργάζεσθαι pressè sum-	
ptum.	41
Ερ-	

I N D E X.

Ἑργάται Atticis qui.	154
Ἑρμῆμα.	221
Ἑρμῆμα.	10
Ἑρμῆς κτερόν.	124
Ἑκατά.	41. & 188
Ἐπίχων τὸ πᾶν.	126
Ἐπιβύαν.	59
Ἐρία.	8
Ἐξέρων Ζεύς.	ibid.
Ἐπίτροι.	73
Ἐπος.	160
Ἐυδείμους.	88
Ἐυδία.	50. 51
Ἐολαβίς.	142
Ἐυσεφρόπης Ἐνίριος.	121
Ἐσπλῆς.	238
Ἐχιάξ ἡ χλαμύς.	145
Ἐωλ.	15
Ἐσυχῆν.	194

F.

F Abula de Phineo & Harpyis 98. De Mercurio & Argo. 149. De Tantalo. 97. De Iove & Danae. 183. De Danaïdibus.	101.
Faciem vel manum osculari quorum fuerit proprium.	37
Fames artium magistra.	147

Fortuna relligiosè culta.	155
Fortunæ vis secundum Gentes.	156
Fortuna cur Pluti mater.	155
Fulgur pro Deo habitum.	8
Fulgur à fulmine differt.	10
Fulmen cur triplex.	11
Fulminis mirandi effectus.	16

G.

Γ αλή.	112
Γαμήν & παρθενία	230
cur jungant Stoici.	230
Γαμήν & γαμήν.	90
Γαία.	198
Γαία.	30. & 50
Gerardi Vossii laus.	65.
	126. 149
Γιγαντοκτονία.	33
Τὸ μέγεθος.	220
Γραμματική.	201
Grammaticorum error notatus.	244
Γράφειν pingendi notione.	237
Γυναικὲς οἰκίας περιλαβόν.	93
Γυνὴ ἰλαστική.	ibid.
R 3	Γέ-

I N D E X.

Γένεσι. 51. & 204 Invidia grave tormentum. 66

H.

Hæredipetatum in or-
bos & cælibes ob-
servantia. 210

Hesychius emendatus. 190
192. 214. 241. 249

Hipponicus qui vir. 123

Hirundo maternæ seduli-
tatis exemplar. 113

Homeri versus à Luciano
citati. 160. 168

Horatius Græcorum se-
dulus imitator. 28. 117

Hymettus. 46

Hyperbolus ob flagitia
notatus. 145

Υπερ τὴν πύκνυν φρονῶν.
253

Υπερβολίζων. 244

I.

Iερὴ τίλθα. 48

Ieremiæ Hoelzlini laus.
208

Incendii crimen & pœna.
Iουδ. 240

Inhumanitas ex pauperta-
te etiam nascitur. 160

Interpellationes molestæ
operi intentis. 154

Invidia in quibus maximè
locum habear. ib. & 162

Ἰξάδης. 142

Iovis natale solum & se-
pultura. 45

Iovis dona haut rejicien-
da. 168

Iovis imperium quale. 69

Ἰσσοροφία πολυδάπανος.
211

Ἰχθυοὶ φάμακον. 210

Iupiter cui πολυάνημις 7

K.

Kαινόζων. 81

Καλὸς ἀνὴρ ἁπλοῦς.
49

Καθίαις ob gulam celebra-
tus. 122

Καπὸς ποιητικῆς. 13

Καὶ διάζωξ. 219

Καὶ δύνειν. 27

Καὶ μῦθος. 57

Κατάλειψεν ὡς. 87

Καὶ κόπτεν. 224. 225

Καὶ λαφύει τὴν ψυχὴν. 139

Καὶ ἄρα. 55. 14

Καὶ σιμῶν. 112

Καὶ σῆπιν. ἀκτῖν. 87

Καταφέρειν. 49. & 50

Κατίαντα ἔχουσιν. 217

I N D E X.

τὸ Καττιῶνον.	216	Λίθοι de gemmis.	134
Καρόκη quid edulii.	241	Λίθοις βάλλων.	114
Κάριον τὸ ἥπαρ.	52	Λιθοπόκητος.	134
Κίρδος περάλοισι.	124	Λίτον.	114
Κεχαγός, ἀντὶ ἐνόμαθι.	101.	Λιχανός.	241
	113	Λόγων ἱερδης.	59
Κέρυνες, olim quales.	191	Lotionis ante coenam usus	
Κιβώλιον.	27	apud veteres, & quo fi-	
Κόλαξ.	72	ne.	239
Κολυτῆς.	47	Lucianus an atheus.	63
Κένδριον.	254	Λύκει.	51
Κόρυμβος.	51	Λύκει μέντοι.	190
Κορυβαυλῆν.	132. 179	Lyncei perspicacitas cur	
Κόρινθος.	99	in proverbium abierit.	
Κορινθίον.	217		126
Κύκλωπις.	104		
Κύπριον ὁ ἀπώτερος.	212		
Κυνηδὼν ἐμφερῶς.	241		
Κύβη.	101		

L.

Λαγχάνον.	219
Λακτίστιον.	91
Λάρι.	72
Λαφύων.	92
Λαῖον.	ibid.
Λαῖον ὡς ἔχεται.	140
Λακωνικός, qui mons.	27
Λημῶν.	20
Λίον.	13
Λίθος ζωοφόρος.	60
Liberi mares columina	
familiae.	231

M.

Mαζα quid, & quotu-	
plex.	248
Μακρόν λιγυρ.	168
ὡς μακρόν λιγυρ.	ibid.
Μαρτύριον.	208
Μαργίον cur servi.	118
Μακροπόνη.	91
Μεγαλοχῆτος.	18
Megabyfus.	116
Megacles.	ibid.
	252
Μέδων.	
Mediocrutatis laudatio.	89
Μέθυς & πάρος.	qui
differant.	242
Μετακίον.	167
Μεταχῆτος.	54

R 4

Ms.

I N D E X.

Μεμφίμοιος,	76
Mercurius cur alatus.	176
Cur Argicida dictus.	149
Μετάρριον.	214
Μετρίάζειν.	214
Μέτρον à rythmo differt.	9
Μιαρὸς.	154. 214
Midæ opes.	184
Μικρότητον λοχίδιον.	84
Μιμήσις exemplum singulare.	234
Mina Attica.	252
Μισάνθρωπος cur Timon.	157
Μίσθια & μισθὸς differunt.	115
Μοῖον singulari notione.	225
Μοῖρη.	190
Μοιροφασία olim damnata.	194
Moretum unde dictum.	242
Mulier volgivaga,	91
Mulierum vagæ eliminationes improbandæ.	ibid.
Μυλὸν quid.	119
Μυρία ὅσα, ἡωματικῶς	238
Μυτίωντόν.	24. & 242

N.

Nancisci unde dictum.	219
-----------------------	-----

Nasturtium pro obsonio veteribus Persis, & cur.	249
Ναυαγία.	26
Νισσοκόν.	45
Νέμισις ab invidia distat.	43
Νεόπλευροι quales.	48
Nestoris trina laus.	216
Νικᾶν πάλιν.	222
Νικᾶν πύξ.	ibidem
Νικᾶν τὰ Ὀλύμπια.	234
Νόμος γαμῶν.	90
Νόμος γυναῖκα παραλαβῶν.	93
Novitas vulgò grata.	206

O.

Ὁΐον.	114
Ὁικουμένην πυργίον.	189
Ὁιμάζειν.	154. & 157
Ὁισι mons.	44
Ὁλίγος δέν.	65
Ὁλιόηρες.	140
Ὁλυμπιαστί.	31
Ὁμοιοπλάτων schema.	23
Ὁπιθιόδμος.	233
Ὁνερ πλεετῖν.	110
Ὁναρ, ἔχ ὕπαρ.	180
Ὁξυδερκής quando Plutus.	127
Ὁξύγυμος.	22
Ὁπλοῖ	

I N D E X.

Ὀψλον de fulmine.	13
Ὀπας φυλάξῃ, ἰλαστικῆς.	214
Ὀρεῖα Jupiter.	8
Ὀρεῖν de benevolo aspe-	
ctu.	131
Ὀρίγαι & ὀρίγαις qui di-	
stinguantur.	139. 196
Ὀσφραίνας.	199
Ὀυδὶ τιμὴ ἀρχῆς.	131
Ὀυ χαίρουσι ἄπαντες.	154
Ὀυτως ἐπὶ πᾶσι.	50
Ὀφθαλμοὶ ὑπερδιδόντες.	
	94
Ὀψον.	240
Ὡς ἰχθῆς.	174
Ὡς πατήρ! ἡγομασμένος.	47
Ὡς τῶν.	160

P.

Πάγος.	200. 208
Παῖδες γοήσοι.	94
Παιδαγωγίη.	74
Παιδομακάτω κερωνός.	13
Πάν qui Deus.	187
Πάντα τέλει.	171
Παραγκανίζεις.	240
Παρακρίπιν.	77
Παρακρύβεις.	255
Παραπαύει.	94
Παράσσει.	71
Παρασπείρει.	65

Παρατίθει.	114
Παραφύρεις.	196
Παρίχαις, ἐμμελικῆς.	140
Παρδωσάεις.	80
Πάχυν pro agere.	174
Πάχος ἐνομήτων.	13
Paupertas facile contem-	
nitur. 150. Est injuriis	
obnoxia. 151. bonæ	
mentis soror. 153. re-	
rum optimarum magi-	
stra. ibid. visci instar	
tenax & hamata. 141.	
à mendicitate distin-	
guitur. 153. Satelli-	
tium ejus.	147
Παχύδερμος.	118
Πελοποννησίοι.	97. 118
Peloponnesiaci belli ori-	
go.	224
Pera & baculus quorum	
propria.	253
Περίχαις.	148
Περικλέρεις.	34
Pericles Anaxagoræ de-	
fensor.	64
Περικλέρεις.	124
Περικλέρεις καὶ ἀλκίνοια quæ.	
	153
Perfarum opes.	185
Πιστός.	46
Πιστός.	215
Πίστις καὶ ἰλαίη πῶς εἰσο-	
ύει.	196
R	5
Πίρ-	

I N D E X.

Πέπλος.	115	πν.	108
Plebis irritatae vis.	164	Pronus ex quo factum.	39
Πλῆτος ἀδελφία.	36	Προεάπειλα, ἐπὶ τῷ ἀφρο-	94
Plutus pro Deo habitus.		δισίον.	37
60. Idem qui Pluto. ib.		Προακοῦν.	27
& 111. timidus. 69. 148		Προσκήλαιον.	59
πυλὶφιλῶ 129. 133. CZ-		Platoniorum de Spiriti-	134
cus. 10. 105. In ad-		bis opinio.	117
ventu claudus, in re-		Προσπῆν, & αὐτοπῆς	116
cessu alatus. ibid. pal-		differunt.	186
lidus. 78. deformis. 135.		Πρώταρχος.	19
136. Lubricus & fu-		Πυρίας servi nomen un-	178
gax. 140. ejus comi-		de.	60
tes individui. 175. fa-			99
tellites. 137. patria seu		Πυλὸν unde dicta.	217
domicilium. 144. Bo-		Πῶς γάρ.	8
norum juxta ac malo-		Φάσαι, αὐτοπῆλαια.	24. 194
rum auctor.	162	Φῶνλῶ.	ibidem
Πέπλος γδ.	53	Φθάνει.	220
Πολυπλῆς.	109	Φιλοφροῦν. ὁρῶνικῆς.	165
τὰ Πολλὰ.	163		218
Pollux correctus.	95	Φίλει. Ζώε.	227
Ποτήρας ἔχθρ.	244	Φορῶντες ἔπαινον.	11
Πόσι ἀδελφία.	163	Φυλίστη.	146
Πρόβλημα.	221	Φυλὴ Ἐριχθίς.	14 193
Προχάφια ἐπὶ τῷ κελύ-		Φυλοφορεῖν.	18
γν.	225	Ψήφισμα.	
Prodigi ocores Pluti.	173	Ψήφισμα γράφειν.	
Prodigus avaro sanabi-		Ψολίος κερταῖος.	
lior.	100	Ψέφῶ.	
Προδῆας ὑπερχή.	170	Ψυχεῖν.	
Προῖξ.	212	Ψυχεῖς πλὴν ὁρῶν.	
Προκλήνδης ὁς Ἀρεῖον πᾶ-			

I N D E X.

R.

Ρ αγδαῖος.	24
Ράγος.	151
Rhetor ab oratore an dif- ferat.	229
Rhetorum garrulitas & avaritia notata.	168.
	169
Rhetorum declamatio- nes pleraque quales.	224

S.

Σ αγένη quid.	117
Salmonci audacia & poena.	19
Saltatio viro gravi indi- gna.	243
Saturno unde nomen.	30
Scintilla unde dicta.	14
Senis ἐπιπλέετς querela.	105
Servo ad lautiozem fortu- nam evecto nihil into- lerabilius.	120
Σημῶν ὑπεβάλλειν.	77
Σημῶν ἀφαιρῶν.	114
Simonidis apopthegma in philosophos.	249
Σοαίς.	211

Σμυρδαῖος ἀνείρωνες.	12
Sordidorum hominum character.	82
Σπαράττειν τὰς γνάθους.	114
Σπαθὴς ὄργανον.	14
Spolium ex quo dictum.	31
Σπιδὸς ἀνιδίαχ.	191
Στάζαν.	24
Στίχον.	102
Στίχιαχ.	251
Στέλη ὑπὸ γῆας.	38
Στέλη πάλαιον νεκρῶν. ibid.	
Συγμαλίαι pro servo.	96
Stoicorum de summo bo- no sententia.	59
Stoicorum aretalogia no- tata.	238
Συκκοφάντης φοβῶν.	164
Συκκοφαντὴν unde tra- ctum.	233
Σολῶν.	31
Σοφοισμὸς quid Arith- meticis.	79
Συμπλοκός.	204
Συναγνῖς.	138
Συοτρίβαν.	154
Supinus unde dictus.	39
Σωσείς.	223
Σωσείς παλιῆς.	223
Σωφρογινός τὸ ἀναβαλλόν.	238

I N D E X.

T.

T άλαντος quotuplex.	216
τάπιαζ.	147
τίθημι.	139
τίλην ἐπὶ τὸ τέμα.	106
τίλην ἔμμα.	222
Temulentii hominis de-	
scriptio.	202. 244.
τῶ ἰσῶ.	197
τέταται, abusivè.	79
τίσι φέρει.	116
Theognidis carmen à Lu-	
ciano citatum.	130
Θεμεργὸς ἀνὴρ.	18
Θητωρ, unde dictus.	
	143
Θεμεργὸς Ceres.	95
Θεμεργὸς.	219
Θεμεργίδιον.	84
Tibicinae cur Symposiis	
adhibita.	245
τίβη, servi nomen.	116
τί πῶτον;	49
τίς, ἐπὶ μιγᾶν.	63
τίμη, pro regno.	30
τίλω ἔδωκε βλῆν.	236
Tonitrus quid.	11
Τοννὸν καὶ καυοί.	228
Τοννὸν.	715
Τεῖβαν.	249
Τεῖβαν, cur senes dicti.	
	151

Θύμον.	248
Thunnus è sagena aufu-	
git.	ibid.
Τρυφᾶν.	194
Τρυφᾶν δαπνῶν.	221
Τρυφᾶν ἐπὶ πᾶσι.	232
Τρυφᾶν Ζῆς.	179
Τρυφᾶν.	113
Tyranni & boni Principis	
discrimen.	165

V.

V Arronis de Diis suis	
testimonium.	45
Venter ingenii largitor.	
	147
Verecundia inutilis men-	
dico.	67
Vera bona à falsis discer-	
nere solius est Sapien-	
tis.	133
Virorum bonorum ino-	
pia.	125
Vita opibus vilior ava-	
ro.	129
Vis unde dicta.	204
Vorax ex quo factum.	
	204
Vulneris consultò dati	
pœna.	208

I N D E X.

X.

Ξείον ☉ Jupiter.	8
Ξυοδια τρίβων.	174
Ξυοδια γυμνῶν.	221
Ξυοδια τῇ Προία.	74
Ξυοδια αὐτῶν.	131

Y.

Υ βεῖζον πιά, & αἰε κιά, an differant.	70
Υθλος.	190
Υπέρωντα ☉ ὕβρις. 35.	100
Υπερδίκιος τόπος.	200
Υπερδίκιος.	10
Υπερδίκιος τῶν κῶν.	64

Υπέρωντα.	87
Υπερδίκιος τῶν κῶν.	108
Υπερδίκιος.	27
Υπερδίκιος τῶν κῶν.	114
Υπερδίκιος.	37
Υπερδίκιος.	104
Υπερδίκιος.	178
Υπερδίκιος.	46
Υπερδίκιος.	108
Usura Pluti pzdagoga.	80

Z.

Z ὕβρις.	109
Z ὕβρις.	77.90
Z ὕβρις.	83
Z ὕβρις.	28
Z ὕβρις.	239

F I N I S.

LEGDUNI BATAVORVM.

Excudebat

WILHELMVS CHRISTIANI BOXIVS.

CLCCLII